

forma mixti accidentalis, que resultat ex proportione primarum qualitatum, et diverse ex diversa proportione, sicut est duritas ossis, et molles carnis, et sic de aliis. Formae etiam elementorum sunt in virtute in homine, sicut in aliis mixtis, et eodem modo ac si ponebatur (2) in homine alia forma substantialis prius animam. Et eodem modo sunt actiones et passiones qualitatum in homine, ac si illa forma ponebatur, que non prius faciebat actionem vel passionem qualitatum quam faciebat anima. Finalis autem corruptio hominis nulla est nisi separatio anime a corpore, ad ipsam disponunt actiones et passiones qualitatum. Unde figuratum est ponere illam etiam formam. — Quod autem dicit, quod materia est incorruptibilis, sicut corpus cum dote, — dicendum quod essentia materie in corruptibilis est; sed dispositiones que requiriuntur in ea ut sit materia propria anime, sunt corruptibles, quantum est de se, sicut in aliis mixtis. » — Huc Bernardus, et bene.

Ad argumentum contra questionem (5) respondet (7) sanctus Thomas, dist. 44, q. 2, art. 1, qth 1, in solutione primi argumenti, ubi sic dicit: « Secundum Anselmum (*Cur Deus homo*, lib. 2, cap. 11), *mortale* ponitur in definitione hominis a philosophis, qui neuerediderunt hominem totum aliquando posse esse immortalem, quia non viderunt homines nisi secundum hujus mortalitatis statum. Vel potest dici quod, secundum Philosophum, in 8. *Metaphysicorum* (l. c. 5), quia differentiae essentialis sunt nobis ignotae, usumur quandoque differentias accidentibus ad significandum essentiales differentias, que sunt accidentium causas. Unde *mortalis* non ponitur in definitione hominis quasi ipsa mortalitas, ad essentialiam hominis pertineat, sed quia ibidem quod nunc est causa possibilitatis et mortalitatis secundum praesentem statum, scilicet compositio ex contrariis, est de essentia hominis; sed hinc non erit causa ejus, propter victoriam anime super corpus. » — Hec illa.

Et haec de questione sufficiente. De qua benedictus Deus in aeternum. Amen.

(2) *ponebatur*. — *proponeretur* Pv.
(5) *questionem*. — *conclusionem* Pv.
(7) *respondet*. — *respondebit* Pv.

QUESTIO III.

UTRUM CORPUS GLORIOSUM PER DOTEM SUBTILITATIS POSSIT ESSE IN EODEM LOCO SIMILIS CUM ALIO CORPORE

Sicut enim, circa quadragesimam quartam distinctionem, queritur: Utrum corpus gloriosum per dotem subtilitatis possit esse in eodem loco simili cuin alio corpore.

Et arguitur quod sic. Quia, ut dicitur, *Philipp.* 3, (v. 21): *Reformabit corpus humilitatis nostram, configuratum corpori claritatis sue.* Sed corpus Christi potuit simili esse cum alio corpore in eodem loco, ut patet per hoc quod post resurrectionem infraevit ad discipulos Iamuis glensis, ut dicitur, *Johann.* 20 (v. 26). Ergo etiam corpora gloria ratione subtilitatis poterunt esse cum aliis corporibus non gloriisimis similis in eodem loco.

In oppositum arguitur. Quia dicit Boetius, in libro *de Trinitate* (civ. princip.) : *In numero differentiam varietas accidentium facit. Num tres homines neque generi, neque specie, sed suis accidentibus distant. Num si vel omnino cuncta ab his accidentiis separamus, tamen locus est cunctis diversus, quoniam unum fingere nullo modo possumus.* Ergo, si ponantur duo corpora in eodem loco, erunt immicrorum numero.

In hac questione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUUNTUR CONCLUSIONES

Quintum ad primum articulum, sit

Prima conclusio: Quod corpora beatorum erunt subtilia propter plenum dominium anime super corpus ut perfecte informat, et per aliquam formam eis inherenterem, que dicitur dos subtilitatis.

Primum partem hujus conclusionis ponit sanctus Thomas, dist. 44, q. 2, art. 2, in solutione primum questionis, ubi sic dicit: « Nomen subtilitatis a virtute penetrandi est assumptum. Unde, 2. *de Generatione* (l. c. 10), dicitur quod *subtile est repletum partibus, et partium partibus*. Quod autem aliqual corporis sit penetrativum, configit ex duabus. Primo, ex parvitate quantitatis, praeceps secundum profunditatem et latitudinem; non autem secundum longitudinem; quia penetratio fit in pro-

fundum; unde longitudini penetrationis non idest. Secundo ex propriae materiae unde rara *subtilia* diemus. Et quia in corporibus rari formae predo minatur materia magis, ideo translatum est nomen subtilitatis ad illa corpora quae optime subsistant formae et particulae ab eo modo complectissime et sicut diciunt subtilitatem naturae esse in se, ut lumen, et luxuriam aliis; sicut etiam aurum, vel alicuius lajusmodi, potest dici subtile, quando perfeccissime completetur in esse et virtute suo specie. Et quia res incorporeas quantitatibus rursum et materiae non enim subtilitatis ethereae ad eas transfertur, non solius ratione sua subsistant, sed ratione sua virtutis. Sicut enim subtile dicitur penetratum, quia perflingit usque ad intimam rei; ita etiam dicitur aliquis intellectus subtilis, ex hoc quod perflingit ad inspicienda intrinseca principia, et proprietates naturales rei latentes. Et similiter dicitur aliquis habere visum subtilem, quia alicuius minimum potest visu perflingere. Et similiter est de aliis sensibus. Et secundum hoc diversi diversimode subtilitatem corporibus gloriosis attribuerunt. Quidam enim histerici, ut Augustinus narrat (33. *de Cœitate Dei*, cap. 20), attribuerunt eis subtilitatem secundum modum quo spirituales subsistant subiles dicuntur, dicentes quod in resurrectione corpus vertetur in spiritum, et ratione hujus, corporis resurgentium Apostolus *spiritum* nominat, 1. *Cœtibus*, 17 (v. 40). Sed hoc non potest stare. Primo, quia corpus in spiritum transire non potest, cum non communicent in materiae, ut Boethius ostendit in libro *De duabus naturis*. Secundo, quia, si hoc esset possibile, trius corporis in spiritum converso, non restingeret homo, qui ex anima et corpore naturaliter constat. Tertio, quia, si Apostolus sic intelligendo nominaret corpora spiritualia, puri ratione mundaret corpora animalia, quia in animalia sunt conversi quod patet esse falsum. Unde quidam alii histerici dixerunt quod corpus in resurrectione remanebit, sed habebit subtilitatem secundum modum (2) rarefactionis, ita quod corpora humana in resurrectione erint similia veri vel voluntat Gregorius narrat in 14. *Moralium* (cap. 56, vol. III, reg. 29). Sed hoc non potest stare. Quia Dominus, post resurrectionem, corpus palpabile habuit, ut patet, Luce ultimo (v. 20); quod præcipuum subtile credendum est. Et proferat, corpus immunitum cum carnibus et ossibus restigat, sicut et corpus Domini, ut dicitur, Luce ultimo (v. 20). *Spiritus carnem et usum non habet, sicut ac videlicet habere* et Ioh. 49 (v. 20), dicitur. *In vitram atra videlicet Domini*, id. Natura autem carnis et usus praedictum nulla tam non perficitur. Et ideo est usus ignardus corporum gloriosorum aliis subtilitatis modis, ut dicantur subtilia properiora complectari corporis perfectionem. Sed hanc

completionem quidam eis attribuerunt ratione quintae essentie, quia in eis tunc maxime dominabatur. Quod non potest esse. Primo, quia nihil de quinta essentia potest venire in compositionem corporis humani. Secundo, quia, dato quod veniret in compositionem corporis humani, non posset intelligi quod dominaretur magis quam nunc supra naturam elementarem; nisi ita esset quod tunc esset in corporibus humanis plus secundum quantitatem, de natura coelesti, et sic corpora humana non essent ejusdem naturae vel statueret; nisi forte minneretur in hominem elementaris natura, quod repugnat integritati resurgentium; vel ita quod natura elementaris induceret proprietates naturae coelestis ex ejus dominio in corpore, et sic naturalis virtus esset causa proprietatis gloriosae quod videtur absurdum. Et ideo alii dicunt quod dicta completio, ex qua corpora humana gloriosa subtilia dicentur, erit ex dominio anime glorificante, quia est forma corporis, super ipsum, ratione cuius corpus gloriosum *spiritum* dicitur, quasi omnino subjectum spiritui. Prima autem subjectio, quia corpus anime subjectum, est ad percipiendum esse speciem, prout subjectum sibi ut materia forma; et deinde subjectum sibi ad alia opera anime, prout est motor. Et ideo prima ratio spiritualitatis in corpore est ex subtilitate, deinde ex agilitate, et aliis proprietatibus corporis gloriosi. Et propter hoc, Apostolus in spiritualitate tetigit dolorem subtilitatis, ut Magistri exponunt. Unde Gregorius dicit, 14. *Moralium* (cap. 56, vol. III, reg. 20), quod *corpus gloriosum dicitur subtile per effectum spiritualis potentie.* » — Ille ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro prima parte conclusionis: Corpus non potest dici vel imaginari subtile esse, nisi ex parvitate materie, vel quantitatis, aut ex completissima sui perfectione formari. Sed corpora gloriosa non erunt subtilia primis duobus modis. Ergo tertio modo, Ille autem tertius modus potest dupliciter intelligi: scilicet ex natura quinta essentia, aut ex completo dominio anime beatæ super corpus. Primus modus non est probabilis. Restat ergo secundus.

Secundum vero partem conclusionis ponit, dist. 44, q. 2, art. 3, in solutione primæ questionis, ubi sic dicit: «Corpus gloriosum erit omnino subjectum anime glorificante, non solum ut nihil sit in eo quod resistat voluntati spiritus, quia hoc fuit omni in corpore. Ad hoc sed etiam ut sit in eo aliqua perfectio efficiens, ut anima glorificata in corpus, per quam subtile redditur ad predictam subjectio- nem, quia quidam perfectio dicitur de corporis glorificanti. Animam autem conjungitur corpori non solum ut formam, sed ut motor. Et utroque modo oportet quod corpus gloriosum anima glorificata sit summe subjectum. Unde per dolorem subtilitatis subjectum et totaliter, in quantum est forma corporis,

(2) *modum*, *et modum* *Pr.*

datus esse specimen; et per dotem agilitatis subjicitur ei in quantum est motor, ut scilicet sit expeditum et habile ad obedientiam spiritui in omnibus actionibus et motibus animae. » — Hoc illud.

Similiter dicit, dist. 40, q. 4, art. 5, in solutione secundie quostionis, ubi sic dicit: « Secundum hoc homo est participes beatitudinis, quod ad imaginem Dei existit. Imago autem Dei primo et principalius in mente consistit; sed, per quamdam representationem, etiam in corpore hominis quedam representatio imaginis inveneritur, secundum quod operat corpus anime esse proportionatum. Unde beatitudo, vel gloria, primus et principaliter est in mente; sed, per quamdam redundantiam, derivatur etiam ad corpus, ut beatitudo hominis secundum corporis dicatur esse secundum hoc quod imparium anime Deo conjunctio perfecte exequitur. Unde sicut dispositiones que sunt in anima beata ad perfectam operationem, quo Deus conjugatur, dicuntur anime doles; ita dispositiones que sunt in corpore gloriosus ex quibus corporis officia perfecte subiecta sunt, dicuntur corporis doles. » — Hoc illud.

Ex quibus potest argui pro secunda parte conclusionis sic: Beatitudo corporis gloriosi, et eius doles, proportionantur beatitudini anime gloriosa, et eius doles. Sed beatitudo anime, et eius doles, sunt quodam forme positiva inherentes anime beatae. Ergo simile est de beatitudine corporis gloriosi, et eius doles, quam una effectus doles subtilitatis. Itaque hoc idem apparet ex distinctione doctis, quam ponunt communiter Doctores, ut regnat sanctus Thomas, dist. 40, q. 4, art. 4: opus talis est: *Dos est peripatetus arantius anime et corporis, vita sufficiens, in interiori beatitudine juciter perseverans.* Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod corpus gloriosum non habet ratione sue subtilitatis quod possit esse simul cum alio corpore in eodem loco coexistere.

Hanc ponit sanctus Thomas, dist. 44, q. 2, art. 2, in solutione secundie quostionis, ubi sic dicit: « Non potest, impedit, dici quod corpus gloriosum ratione sue subtilitatis habeat quod possit esse etiam alio corpore in eodem loco, nisi per subtilitatem auctoritatem ab eo illud quo prohibetur nunc esse simul cum alio corpore in eodem loco. Dicunt autem quidam, quod prohibetur ab hoc in isto statu ratione corpulentie, per quam habet quod repellet locum; quia quidam corpulentia ab eo per dulorem subtilitatis tolletur. Sed hoc non potest stare, propter duo. Prima, quia corpulentia, quam doles subtilitatis auctoritatem est ad defectum pertinet; pulchritudo inordinatio materie non perfecte substantialis suam formam. Tolum enim quod ad integratatem corporis pertinet, in corpore resurget, non ex parte formae,

quam ex parte materiae. Quod autem (z) aliquod corpus sit repletum loci, hoc habet per illud quod est de integritate naturae ejus, et non ex aliquo defectu naturae. Cum enim plenum opponatur vacuo, illud solum negat repellet locum, quo posito in loco, locus nihilominus remaneat vacuus. Vacuum autem diffinitur, in 4. *Physicorum* (t. c. 58), quod est *locus non plenus corpori sensibili*. Dicitur autem aliquod corpus esse sensibile ex materia, et forma, et naturalibus accidentibus; que omnia ad integratatem inducunt pertinent. Constat etiam quod corpus gloriosum est sensibile etiam secundum tactum, ut patet in corpore Domini. Tercie ultimo: nec ei debeat materia, aut forma, aut naturalia accidentia, scilicet amplitudine, et frigidum, et hujusmodi. Unde patet quod corpus gloriosum, non obstante dole subtilitatis, repellet locum: inservient enim adseretur dicere quod locus ubi esset corpus gloriosum, esset vacuus. Secundo, ratio predictae positionis non valet. Quia impedire existentiam corporis cum alio corpore in eodem loco, est in plus quam reprobare locum. Si autem ponamus dimensiones esse separatas sine materia, illae dimensiones non repelent locum. Unde (z) quidam ponentes vacuum, dixerunt vacuum esse locum in quo sunt hujusmodi dimensiones sine aliquo corpore sensibili; et tamen istae dimensiones prohibent ne sint simul cum alio corpore in eodem loco, ut patet per Philosophum, 4. *Physicorum* (t. c. 87), et in 3. *Metaphysice* (t. c. 17), ubi habet pro inconveniente quod, corpus mathematicum, quod unum aliud est quam dimensiones separatae, sit etiam simul cum corpore naturali sensibili. Unde, dato quod subtilitas corporis gloriosi auctoritatibus non hoc quod est reprobare locum, non tamen sequeretur quod propter hoc possit esse cum alio corpore in eodem loco; quia, remoto eo quod est in initio, non propter hoc removetur quod in plus est. Dicendum ergo videtur quod illud quod nunc impedit corpus nostrum ne sit simul cum alio corpore in eodem loco, nullo modo poterit ab eo removeri per dolorem subtilitatis. Nihil enim potest prohibere corpus aliquod ne sit simul situm cum alio corpore in eodem loco, nisi quod in eo requiratur diversum situm: nihil enim est impedimentum identitatis, nisi quod est causa diversitatis. Hanc autem distinctionem situs non requirit aliqua corporis qualitas: quia corpori non debetur situs ratione sue qualitatis: unde, remoto a corpore sensibili quod sit calidum aut frigidum, grave aut leve, nihilominus in eo manet necessitas predictarum distinctionum, ut patet per Philosophum, 4. *Physicorum* (t. c. 70), et etiam per se plenum est. Similiter materia etiam non potest inducere necessitatem predictarum distinctionum: quia materia non advenit situs, nisi me-

(z) *Quod autem.* — *Quia quod.* Pe.

(3) *cum.* — *Ad.* Pe.

(7) *sit.* — *sunt.* Pe.

dante quantitate dimensiva. Similiter etiam non forma situm habet, nisi (z) ex materia situm habento. Restat ergo quod necessitas distinctionis duorum corporum in eodem situ causatur a natura quantitatis dimensiva, cui per se convenit situs. Cadit enim in distinctione ejus: quia quantitas dimensiva est quantitas habens situm. Et inde est quod, reuolvis omniis aliis que sunt in re, talis distinctionis necessitas invenitur in sola quantitate dimensiva. Si enim accipiatur linea separata, oportet quod, si sint duas lineae, vel duas partes unius linea, quod sint distinctio in situ; alias linea addita linea, non efficeret maius, quod est contra communem animi conceptionem. Et similiter est de superficiebus et corporibus (β) mathematicis. Et quia materia debetur situs, in quantum substantia dimensioni, exinde predicta necessitas derivatur ad materiam situatam ut, sicut non est possibile esse duas lineas, vel duas partes linea, nisi sint distinctae secundum situm, ita impossibile est esse duas materias, vel duas partes materie, nisi sit distinctio situs. Et quia distinctio materie est principium distinctionis individuorum, inde est quod Boetius dicit, in libro *de Trinitate* (circa, princip., quod *duobus corporibus unum locum fingere nullo modo possumus*; ut hanc saltem accidentium varietatem distinctio individuorum requirat. Subtilitas autem a corpore gloriose dimensionem non laus est unde nullo modo afferet sibi predilectam necessitatem distinctionis situs ab alio corpore. Et ita corpus gloriosum non habebit ratione, sine subtilitate quod possit esse cum alio corpore; sed poterit esse simul cum alio corpore, operatione virtutis divinae. Sicut etiam corpus Petri non habuit ex aliqua proprietate imita quod ad adventum ejus sanarentur infirmi, sed hoc fiebat virtute divina, ad modificationem fidis; ita faciet virtus divina, ut corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore, ad perfectionem glorie.

— Hec ille.

Ex quibus potest argui pro conclusione sic: Causa manente, manet effectus. Sed cum dote subtilitatis manet causa incompatibilitatis duorum corporum ad simul existendum in eodem loco. Ergo cum illa dote manet effectus.

Tertia conclusio est quod aliuia virtute duo corpora possunt simili esse in eodem loco.

Hanc ponit sanctus Thomas, dist. 44, q. 2, art. 2, in solutione tertie questionis, ubi sic dicit: « Propter hoc necesse est duo corpora in duobus locis esse, quia diversitas materiae requirit in situ distinctionem. Et ideo rilevit quod quando enim

(z) nisi. — nra Ur.

(β) *superficiebus et corporibus*. — *separabilitas et corruptibilibus* Pr.

similiter duo corpora in situ, destruitur esse distinctum utrique, et acquiritur utrique simul unum esse indistinctum (z), ut patet in mixtionibus. Non potest ergo esse quod duo corpora remaneant duo, et tamen sint simul, nisi utrique conservetur esse distinctum quod prius habebat, secundum quod utrumque erat ens indivisum in se, et divisum ab aliis. Hoc autem esse distinctum dependet a principiis essentialibus rei sicut a causis proximis, sed a Deo sicut a causa prima; sicut supra dictum est (dist. 12, q. 4, art. 1), quod esse accidentis dependet a subjecto sicut a causa proxima, sed a Deo sicut a causa prima. Et quia causa prima potest conservare rem in esso, cessantibus causis secundis, ut patet per primam propositionem libri *de Causis*, ideo divina virtute, et ea sola, potest fieri ut accidentis sit sine subjecto, ut patet in *Sacramento Altaris*. Et similiter divina virtute, et ea sola, fieri potest quod corpori remaneat esse distinctum ab alio corpore, quatovis ejus materia non sit distincta in situ ab alterius corporis materia. Et sic miraculose fieri potest quod duo corpora sint in eodem loco. — Item, beata Virgo miraculose filium suum peperit. Sed in illo (β) parti oportuit duo corpora simul esse in eodem loco, quia corpus pueri exiens claustra pudoris non fugit. Ergo potest fieri miraculose quod duo corpora sint in eodem loco. — Item, hoc idem potest ostendti per hoc quod Dominus intravit ad discipulos Iannis clausis, Johann. 20, 19. — Hec ille.

Ex quibus potest formari multiplex ratio pro conclusione.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, argendum est contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Durandus (dist. 44, q. 5), probando quod dote subtilitatis non est qualitas inhaerens corpori gloriose. Perfecta, inquit, subjectio corporis ad animam, quoad operationes cognitivast et appetitivas, videtur pertinere ad dotem subtilitatis. Et hae subjectio potest intelligi vel quantum ad operationes sensitivas precise, ut nihil sit in corpore, quo puritas talium operationum impeditur, sicut nunc sit in nobis frequenter propter grossitudinem et impuritatem spirituum deservientium operationibus sensitivis; omnis enim talis impuritas

(z) *indistinctum*. — *distinctum* Pr.

(β) *in illo*. — *nulta* Pr.

segregabilis a corporibus gloriosis. Vel potest intelligi talis subiectio proper perfectum obedientiam quam tunc habebant vires sensitivae appetitivo ad rationem; que obedientia non est modo, quando corpus concupiscit adversus spiritum et ab hoc corpus nunc dicitur animal ab animalitate, quia motus animales nungis sunt in nobis secundum impedimentum sensitivitatis quam secundum dictam rationis; sed tunc dicitur corpus spirituale, quia omnes tales modis erunt plegarie subjecti spiritui. Quocumque autem dictorum est modo necipiatur subtilitas (6), non videtur necessarium quod dicat aliquam qualitatem supernaturalem inherentem corporibus gloriosis. Quia subtilitas primo modo accepta, scilicet pro puritate operiorum sensitivarum, potest esse per solam puritatem humorum (7), et spirituum observandum operationibus sensitivis. Secundo modo autem accepta, potest esse per divinam providentiam assistentem. Nec appareret bene quoniam per aliquam qualitatem inherentem hoc esse possit; quia actus cuiuscumque qualitatis, sive naturalis, sive supernaturalis, non est liber, sed necessarius, et ideo ad idem semper inclinat; sed obedientia virtutum sensitivarum ad rationem vel intellectum non potest esse secundum inclinationem ad idem, quia quandoque secundum reuelationem aliquid est appendendum, quandoque vero ejus oppositum: ideo, etc. Et quanvis secundum hanc viam subtilitas non sit aliqua forma habitus, sicut res impossibilitas, potest tamen dici deo: quia deos spacio rex qui istud nomen trahit est consistit non solum illis que spissitudine formarum et circumstantiarum intrinsecas, sed etiam in aliis que a simili extrinsecas, id est diffidentes ejus, dantur, et certe a talibus infinitum. Haec Durandus.

§ 2. — CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Argumenta quorundam. Contra secundam conclusionem arguitur ab aliis, proclamando quod per dotem subtilitatis corporis gloriosus possit esse cum alio corpore.

Primo. Quia ejuslibet dotis corporis gloriosus est aliquis proprius effectus. Sed dotis subtilitatis non videtur esse aliquis effectus nisi penetrante aliud corpus, et facere se simul cum eo. Sed hinc est forma creatrix, et datur corporibus gloriosis. Ergo possunt se facere simul cum alio corpore non subtili, penetrando ipsum.

Secondo. Quod illud possit esse per virtutem

creature, probatur: Quia Christus, inquit, unus Deus, posset facere quod corpus gloriosum esset aliud gloriosum. Non enim sequitur quod corpus gloriosum ex posset se facere simul cum aliis gloriosis, sed bene consideratur quod posset se facere cum non glorioso (8). Igitur non est tantum per divinam potentiam, sed per aliquid quod est in eo. Sed hoc non videtur aliud quam deos subtilitatis, ergo, etc.

Tertio. Si subtilitas non esset ratio essendi cum alio corpore, tunc corpus post resurrectionem esset in omni animali. Alium enim, sponte est ex se, potest esse cum quocumque corpore, et si corpus non posset esse cum alio corpore, non esset sibi in omni, quia non posset cum illo illud quod posset sine ipso quod est, scilicet Anima spiritum, 22. *de Cœlitate Mundi* cap. 11.

Quarto. Sic ut Deus posset facere unum corpus primum cum alio corpore, ita potest ipsum conservare per aliquod tempus, et perpetuo. Igitur, a simili, potest sibi dum aliquam formam per quam sit cum alio corpore, et per quam perpetuo conservari sibi esse cum alio prohibito voluntatis sui.

Quinto. Magis videtur descorporatus gloriosus quod per subtilitatem suam possit se facere simul cum alio corpore, quam de aliis non gloriosus. Sed aliquis alio corpore inventatur, qui possunt se fingere simul cum alio corpore, ut ignis cum ferro, et virtus cum pane. Ignis enim in ferro operatur quod viscerit, quia ferum factum habet propriam operacionem ignis et ferri, seu actionem, unde, si est portus, continet et servit. Nec potest dici quod sit in aliena materia, quia dñe formis subtilitatis specificis non potest perficere. Hanc concludit per hanc sententiam: quod enim virtus sit ubique in parte, patet, quia virtus humilitas est in parte, sed humilitas non potest separari a proprio subiecto, ut patet per Philosophum, 2. *de Anima* 1. q. 113. de humilitate vero et aetate, dicit minus sic sensibiles inde quoniamque inservientur digiti in aere, vestimentis, secundum enim, intercipitur in primis inter digitos: quod patet, quia manus humilitas, quia non separabile a corpore. Ergo nullus homis hoc possunt corpora gloriosi.

Hoc argumentum recitat *Sedus*, 4. *Sententia*, dist. 40, q. 16) tanquam alium.

§ 3. — CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Durandi. Contra tertiam conclusionem arguit Durandus (dist. 16, q. 16), probando quod per nullam potentiam possit fieri quod duo corpora sint simul in eodem loco proprio, sive

(7) *dictum*. — *Dicit. Pr.*
 (8) *adhibitis*. — *spiritualitas Pr.*
 (9) *humane*. — *humanae Pr.*
 (10) *spissum*. — *spissus Pr.*
 (11) *daretur*. — *darem Pr.*

quod sint indistincta secundum situm. Quia corpus non impeditur esse simul cum aliis corporibus nisi ratione quantitatis. Quia nihil potest prohibere quin corpus possit esse simul cum aliis corporibus in eodem loco, nisi illud per quod unum corpus recipit distinctum situm ab aliis; nihil enim est impeditivum identitatis, nisi quod est causa diversitatis. Sed sola quantitas est illud per quod unum corpus recipit distinctum situm ab aliis. Ergo sola quantitas secundum numerum impedit simultationem plurimorum corporum in eodem loco. Hoc supposito, probatur quod duo corpora ex hoc quod habent distinctas quantitates, non possint esse simul in eodem loco.

Primum sic. Non minus necesse est duo corpora distinguiri ab invicem situ et positione, quam duas partes ejusdem corporis. Sed partes quantitativae ejusdem corporis sic necessario distinguuntur situ seu positione, quod impossibile est eas simul esse, simultate opposita hinc distinctioni. Ergo similiter duo corpora admodum distinguuntur situ et positione, quod non possunt esse simul, simultate illi distinctioni opposita. Tempore premissorum probatur. Et primo major sit et quia actualis divisio partium quantitatis non tribuit partibus divisis quod possit esse plus simul quam ante divisionem; sed una quantitas efficit due solo divisiones ergo similitas quo repugnat partibus ejusdem quantitatis, repugnat quibuscumque dubius quantitatibus. Et ipse minor: due quantitates inter se divisae possunt unum et fieri partes ejusdem quantitatis, sicut e converso partes unius dividi possunt, et fieri quantitates distinctas propter quod minimum videtur idem esse judicium de quantitatibus divisis et de partibus ejusdem quantitatis, principie quod quilibet pars quantitatis est quantitas. Et sic potest minor, scilicet quod quam impossibilitatem habent partes ejusdem quantitatis ut sint simul, etiamen habent quicunque corpora. Minor probatur, scilicet quod partes ejusdem quantitatis sic distinguuntur situ vel positione, quod nullo modo possunt sint esse, simultate opposita tali distinctioni: quia de intrinsecis et essentiali ratione quantitatis *cujus*, sine qua non est possibile quantitatem esse, vel intelligi, est quod habeat partem extram partem, sive priorem, quod videtur ad presens, distinguiri positione, vel situm, qui est ordo partium in toto: quod difficulter vel distinctione secundum positionem, et ordo, repugnat simultationi partis in parte, vel partis cum parte, unde contradictionem quantitatis est quod partes ejus sint simul, sed semper una est extremitas, et non in alia, vel enim alioz quoque ibi non esset pluperficius una, nec totum totius parte, quod est impossibile. Et sic potest minor. Suspiratur ergo conclusionem principis, scilicet quod duo corpora, vel dñe quanti-

tates, necessario distinguuntur situ, seu positione, sic quod impossibile est ea esse simul, sed necessario unum est extra aliud, et non in alio, nec cum aliis, positione vel situ indifferens.

Secundo probatur sic idem (et est eadem virtus rationis cum precedente). Quia, si duo corpora possunt esse simul, ita quod quantitates eorum sint indistincte secundum situm vel positionem, modo quo expositum est, per eandem rationem partes ejusdem quantitatis possunt super se replicari, ita ut sint indistincte positione, nec una sit extra aliam; et tantum poterunt replicari, ut tota replicatio fiat super unum minimum partem, ita quod extra eum non sint aliis, sed in ea vel cum ea simul. Hoc autem videtur impossibile: quia tunc maximum corpus possit contineri localiter a minimo loco, scilicet a solo loco, illius partis super quam facta esset replicatio, sic totus unus mons maximum possit intrare per foramen acus, et totum eodium contineri in minima bursa, salvata quantitate utriusque, scilicet montis et eni; quod non videtur possibile. Quare, etc.

Tertio sic. Sicut partes quantitatis successiva, ut sunt tempus et modus, habent inter se ordinem durationis; sic partes quantitatis permanentis habent inter se ordinem positionis. Sed nulla virtute potest fieri quod partes quantitatis successiva, ut sunt partes temporis et modus, sint simul duratione; cum de ratione carni sit prius et posterius secundum durationem. Ergo similiter nulla virtute fieri potest quod partes quantitatis permanentis sint simul positiones, et per eandem rationem, nec dñe quantitates diversorum corporum: cum idem iudicium sit utriusque, pro eo quod quilibet pars quantitatis est quantitas, ut dictum fuit. Quare, etc.

Quarto. Quia sicut se habent duo accidentia ejusdem speciei ad idem subiectum, sic duo corpora ad locum. Sed duo accidentia ejusdem speciei non possunt sint esse in eodem subiecto. Ergo nec duo corpora in eodem loco. Minor probatur. Quia duo accidentia ejusdem speciei, vel sunt inqualis gradus, vel inaequalis, puta quia unum est intensius alio. Si sunt inqualis gradus, impossibile est quod sint simul in eodem subiecto: alioquin idem subiectum esset ruris album et minus album; quod videtur implire contradictionem. Et iterum: termini motus vel mutationis sunt incompossibles; sed huiusmodi accidentia possunt esse termini motus vel mutationis secundum alterationem intensitatis et remissionis; quare, etc. Si vero sunt ejusdem gradus, idem sequitur: nam subiectum non est in potentia ad aliquam formam nisi mediante mutationem; sed subiectum habens aliquam formam non potest mutari ad consimilem. (z) ejusdem gradus, praeceps immutetur: quia idem non potest sint esse

tale formaliter in actu, et tale in potentia; sed illud sequeretur si subjectum habens aliquod formam posset unitari ad consummationem (x); ergo, etc.

Quinto. Quia rationes quae sunt pro parte opposita, sunt solubiles. Quod patet discurrendo per singulas.

Primo quidam argunt quod dura corpora non possunt esse simul in eodem loco; quia Christus natus est clauso Matris interno (commisit enim virgo post partum); sed istud non potest esse, nisi corpus Christi nascendo simul esset cum corpore matris; quare, etc. — Sed ista ratio non valit. Dicitur enim quod verissimum est beatam Mariam virginem permanisse in partu, et post partum, sicut auctor fuit enim virgo non sola ex carmine experientia delectationis venerata, per quam experientiam virginitas proprie amittitur; sed omnium propter integratem membris corporalis. Nec tamen propter hoc in nativitate Christi fuerunt duo corpora simul, scilicet corpus Christi cum corpore Matris; quia est aliis modis possibilis, scilicet quod virtute divina fuit facta dilatatio membrorum (y) et invenitum naturalium, non ruptio aliqua, vel fractio aliqua; sicut, secundum Augustinum, *de Trinitate* (cap. 26), factum fuisset in omnibus mulieribus, si status innocencie durasset, quia tunc paparissim sine dolore, qui nomine est prima partu, secundum sententiam Damiani, *Gen. II. v. 16*; unde tardata fuisse per dilatationem membrorum ratione, hinc, et non per fractionem vel divisionem, quia non potest esse in sentientibus sine dolore. Et hunc modum videntur tenere Gregorius Nyssensis, *Oeconomia Homini*, et Ambrosius, super *Habacuc* Luce 2 (v. 24), *Quoniam misericordia mea*, etc. Hic enim dicit Gregorius Nyssensis sic: *Hoc autem legis decretum in solo incurvato Deo singulariter et ab aliis differenter impleri videtur. Ipse inimico solus ineffabiliter conceperit, ne incomplicans illiter editus, virginalem uenit aperte, non ante coniugior reservatur, secunda post partum inviolabilem inviolabilitatem signulatum mortalis*. Et Ambrosius (z) dicit ibidem: *Non enim electis coitus rulem virginis secrete reservavit, sed immaculatum semen inviolabili in utero Spiritus Sanctus infudit*. Et subdit quod est ad praeceptum, dicens: *Qui ergo vulnus sanctificaverit alienam, ut nasceretur Propheta, hic est qui approavit matris sive matrem, ut inviolatus vulnus*.

Secunda argunt quidam, dicens quod Christus ponitur surrexisse clauso tumulo; ipso non potest esse, nisi simul assit corpus Christi supra

lapidibus sepulchri. — Sed haec ratio non valet: quia ex nullo textu Sacre Scriptura habetur quod Christus resurrexit clauso sepulchri; et ideo assertio contraire non prejudicat fidic, neque Scripturam. Quod si ex dictis aliquorum sanctorum habetur quod Christus resurrexit clauso sepulchri, accipiendo est pro opinione; et, si hoc dictum esset appropiatum per Ecclesiam, tunc respondendum esset sicut in solutione tertii argumenti statim dicendum.

Tertius argunt quidam, quod Christus post resurrectionem intravit ad discipulos Iauinis clausis, ut habetur, *Iohann. 20. v. 23*. — Sed hoc non contradicit. Quia hoc est absolute verum, scilicet quodcum foret essent clausi, venit Jesus; sed non diei per quod intravit (z) per Iauinus clausas. Cum enim corpus gloriosum possit moveri per aerenem sicut per terram, et Christus divina virtute potuit corpus suum ostendere ut occultare prius voluit, potuit intrare ad discipulos per fenestras, vel per aliquem aliunum locum, et tunc primo ostendere quando fuit coram discipulis; et sic vero venit clausis Iauinis (b), sed non per Iauinus clausas. Et si per Iauinus clausas intravit, poterat subito aperiiri, et subito claudi, ita ut aperio et clausio interet discipulos. Et quia res dicitur hoc quando invadescit, ideo dicuntur fuisse clausi, quia aperio eorum nulli apparet. Et hoc modo posset dici surrexisse clauso sepulchro, si illud alienum legoretur. — Vel posset dici quod Christus, ratione ipsius Dei, habuit in sua potestate corpus et figuram corporis sui. Ita quod potuit figuram corporis sui naturam in figuram angustam, et sic intrare per quamcumque trinum fenestram, eis renunciatibus clausis. Et quoniam aliqui dicunt hoc non fuisse convenienter, nullus tandem dicit quin fuisse possibile Christo, inquit, Deus est (c). Convenientius autem videtur ponere medium quod ab omnibus evolutum esse possibilis, quoniam ponere illum quod a pluribus impossibilis reputatur. Beatus etiam Augustinus videtur hunc modum tenere.

Potest etiam aliter responderi ad predictas tres instantes, dicendo quod, si Deus potest facere et facit quod idem corpus Christi sit simul in celo et in sacerdotio, absque hoc quod sit in medio, multo fortius potest facere quod idem corpus sit successice in locis distinctis, et non in medio. Et sic potuit Deus facere quod corpus Christi fuisset prius in interno uulnere, et postea extra, absque hoc quod fuisset in medio simul cum corpore matris. Et idem potest dici de egredi Christi ex sepulchro clauso, et de ingressu ad discipulos Iauinis clausis. Et si istud est possibile, dicendum est prima facie apparent possibiliter quam illud quod tunc tenimus de simulante existentia rectis corporis Christi in celo et in

(x) *consummationem, — similitudinem* Pr.

(y) *membrorum, — nervorum* Pr.

(z) *Cfr. Ambros., Exposit. in Lucum, lib. II.*

(c) *virilis, — uirius* Pr.

(d) *inviolabilitate* Pr.

(e) *intravit, — interfuerat* Pr.

(f) *poterat, et sic absque ad Iauinus, omni* Pr.

(g) *est, — omni* Pr.

saceramento, et de simultate ejusdem in pluribus sacramentis), tunc prediectio instantie sumptu ex dictis Scripturæ sunt clare soluta, et omnes auctoritates sanctorum doctorum predicta loca Scripturæ exponentium.

Quarto argunt quidam: Quia corpus celeste non potest dividi, saltem quantum ad substantiam sphaerarum; unde dicitur, Job. 37 (v. 48), quod *cœli velut solidissimi, quasi aere fusi (z) sunt*. Si ergo corpus gloriosum non posset simul esse cum alio corpore, nunquam corpus Christi ascendisset ad colum empyreum, nec corpora sanctorum post resurrectionem illuc ascenderent; quod est erro-
neum. — Sed dicendum quod, sive ponatur cœlum divisibile per naturam, sive virtute divina, non oportet ponere corpus Christi in ascensu ad cœlos simul fuisse cum corporibus sphaerarum; sed cessit corpus corpori (6). Et si dicatur quod omne divisibile est corruptibile; — dicendum quod non oportet. Quia divisio non arguit corruptibilitatem in illis in quibus est; sed addit facilitatem, quia (7) corruptibile divisum in plures partes, faciliter corrumperit quam si esset integrum; quia singulæ partes non possunt tantum resistere corruptienti, quantum totum integrum. Divisio tamen non dat eis corruptibilitatem; sed supponit. Quod patet: quia, si esset quantum mathematicum, quantumcumque dividetur, non corrumperetur. Non enim corrumperetur a contrario, quia quantitas non habet contrarium; nec corruptione subjecti, quia subje-
ctum non habet, ut ponitur; nec divisione ad minima, quia tale quantum secundum se divisibile est in infinitum, nec est possibile pervenire ad minimum, nec conjunctio toti, neque separatio a toto. Patet ergo quod divisio non arguit corruptibili-
tatem; saltem illa que fieret virtute divina. Nec cœli dicuntur solidissimi, quin possint divina vir-
tute dividi, et prebtere transitum corporibus glori-
osis ad colum empyreum; sed dicuntur solidissimi, quia naturaliter sunt incorruptibilis. Videlicet etiam quod rationabiliter oporteat hoc ponere: quia, nisi cœluu sit secundum aliquid divisibile, ita ut cedat corpori glorioso, necessarium est quod corpora glori-
osa nunquam possint esse in cœlo, nisi semper sint simul cum alio corpore; quod forte repugnaret aliqui satis absurdum.

Quinto argunt quidam: Quia corpus non impo-
ditur esse cum alio corpore, nisi ratione quantitatis. Sed virtute divina sit quod in Sacramento Altaris est corpus Christi simul cum quantitate panis. Ergo eadem virtute posset fieri quod simul esset cum substantia panis. Ergo duo corpora essent simul. — Sed dicendum quod corpus Christi, prout spectat

ad genus substantiae, est vere in Sacramento Alta-
ris. Nec illud est contra dicta, nisi ponatur quod in eodem sacramento sit quantitas corporis Christi; quia sola quantitas impedit coexistentiam plurium corporum in eodem loco. Sicut autem ostensum fuit prius (dist. 10, q. 2), non est verum quod quantitas Christi sit in hoc sacramento, nec ex vi conversionis, ut omnes concedunt, nec ex aliqua concomitantia, quamvis unum ab altero non sepa-
retur, ut plenus fuit supra (ibid.) declaratum. Item, secundum omnes, corpus Christi non est in Sacramento Altaris quantitative; sed sub qualibet parte hostie, quantumcumque minima, est totum corpus Christi; unde non potest ibi videri, nec a seipso, nec ab alio, ut fuit declaratum in preceden-
tibus (dist. 10, q. 4). Nec ut sic competit corpori Christi aliquis motus, vel actio, seu passio. Quando autem querimus utrum virtute divina unum corpus possit esse cum alio, intelligimus hoc de existentia quantitativa utriusque corporis. Et ideo non est simile hinc et inde.

Sexto principalius arguit. Quia tenentium par-
tem oppositam, probabilior modus ponendi est illo-
rum qui dicunt quod modus quo est possibile duò corpora esse in eodem loco, talis est: Quantitas enim, per quam corpus comparatur ad locum, habet duo facere, scilicet reddere corpus quantum, et occupare locum. Primum est actus ejus formalis, secundum est actus ejus ipsius causa efficientis. Ex quo potest tripliciter argui.

Primo sic. Sicut se habet calor ad calefaciendum, sic quantitas ad occupandum locum. Sed, virtute divina, potest fieri quod calor praesens calefactibili-
on calefaciat ipsum, ut factum fuit in fornaco Babylonis respectu trimi puerorum. Ergo eadem virtute fieri potest quod quantitas praesens loco non occupet locum; et sic alia quantitas poterit esse simul cum ipsa.

Secundo sic. Virtute divina potest fieri quod prius maneat, amoto posteriori; cum hoc non im-
plicet aliquam contradictionem, seu repugnantiam intellectuum. Sed dare esse quantum subiecto per prius competit quantitatì quam occupare locum; quia ille est actus formalis, qui simul est cum forma in subiecto; alijs autem est actus ejus ut efficientis respectu alterius, qui frequenter est tempore poste-
riori. Ergo virtute divina potest fieri quod corpus maneat quantum, et non occupet locum. Et sic idem quod prius.

Tertio sic. Non videtur quod duo corpora impe-
diantur simul esse in eodem loco, nisi quia non appareat per quid distinguuntur. Sed illud non impedit; quia corpora suis quantitatibus distin-
guuntur non per loca, quamvis per distinctionem locorum appareat vel manifestetur distinctio corporum. Dato etiam quod distinguuntur per loca, Deus tamen potest facere per se quod potest facere

(z) fusi. formati Pr.

(6) corpus corpori, — corpori Christi Pr.

(7) facilitatem, quia, — faciendum quod Pr.

mediantibus causis secundis; et ita potest distinguere duo corpora, et distinctionem eorum conservare, absque distinctione locorum. Quare, etc.

Iste, inquam, modus inter ceteros probabilior est. Sed tamen non valet, nec concludit. Dicitur enim *ad primum*, quod non est simile de calefactione respectu caloris (2), et de occupatione loci respectu quantitatis. Quia per calefactionem fit aliqua natura in calefacto, scilicet calor, qui virtute divina potest impediti ne fiat, conservando qualitatem oppositam; propter quod, calidum praesens calefactibili potest virtute divina impediti ne calefactat. Sed ad occupare locum non sequitur aliqua natura absoluta ex praesentia locati ad locum, vel econtra; sed ex hoc solum occupatur locus a locato, quia locatum habet infra locum distensionem suarum partium. Cum ergo hoc sit essentiale locato, prout est quantum, impossibile est quod locatum sit in loco, et quod non occupet ipsum, ac, per consequens, quoniam sit incompossibile alteri sic occupanti.

Similiter *secunda ratio* non valet. Dicitur enim quod Deus potest facere quod corpus sit quantum, et quod non occupet locum; quia potest facere corpus sine loco. Sed, supposito quod corpus sit in loco, non potest fieri quod non occupet locum; quia non est prius, immo nec aliud realiter est quantum esse in loco quam occupare locum; quia occupare locum est in loco habere partes positione distinctas et distantes ab (3) invicem et ab omni alia quantitate, et istud non est aliud quam esse quantum. Nec in proposito facit difficultatem corpus continens aliud, in quo contentum dicitur esse sicut in loco; quia, si duo corpora ponentur esse in eodem loco continente, et postea corpus continens (4) totaliter annihilaretur, non propter hoc praecedentia corpora desinerent simul esse; et, quoniam ista similitas non esset secundum locum, esset tamen secundum positionem partium, quae semper est incompossibilis quantitati, cum distinctio partium quantitatis sit essentialiter intrinsecus quantitati.

Similiter *tertium* non concludit. Dicitur enim quod Deus (5) potest conservare distinctionem corporum sine distinctione locorum; quia potest facere plura corpora, quorum neutrum sit in loco. Non tamen potest facere quod duo quanta sint distincta, et partes eorum sint positione indistincta, cum hoc sit contra intrinsecam rationem quantitatis. Et quia hoc sequitur, si ponentur plura corpora in eodem loco, ideo illud non est possibile. Ad formam ergo rationis, dicendum quod non proliferentur plura corpora esse in eodem loco quia locis sit causa

distinctionis corporum, sed quia distinctio corporum requirit distinctam positionem eorum, quam non compatitur unitas loci. Sic ergo videtur quod duo corpora quantitatively sumpta nulla virtute possunt simul esse in eodem loco. Si autem alterum eorum non compararetur ad aliud quantitative, sicut est de corpore Christi in sacramento, vel alio modo Deo possibili, licet nobis ignoto, tunc unum corpus possit esse simul cum alio in eodem loco; sed alterum non esset ibi localiter, nec quantitative. — Hae Durandus.

II. Argumenta Scoti. — Contra eamdem conclusionem arguit Scotus (dist. 49, q. 16), improbando modum ponendi, quo dicitur solum Deum posse facere duo corpora simul in eodem situ.

Primo. Quia, vel inveniunt principia essentia librum corporum ut sunt in uno loco distincta, vel non. Si sic, ergo solum Deus non conservat, quia cum causis secundis manentibus et concurrentibus conservat; cuius contrarium dicitur in positione. Si non, sequitur quod Deus conservat et non conservat unum et idem simul; quia conservat secundum te, illud esse distinctionis eis (2); non conservat, quia non conservat (3) nisi quod est, sed materia illius est materia istius, et forma illius est forma istius, ergo non sunt distincta, ergo nec conservat ut distincta; et sic ponis contradictione. Et si dicas quod Deus potest conservare illa corpora distincta sine distinctione principiorum intrinsecorum illorum, — hoc non valet; quia Deus nunquam conservat nec potest conservare rem sine suis principiis essentialibus, ut hominem sine anima et corpore humano; ergo nec distinctas res potest conservare sine distinctionibus principiis essentialibus; talia autem sunt materia et forma; ergo, etc.

Secundo sic. Aut situs est formale distinctivum et essentiale quantitatis, aut accidentale et casuale. Si formale et essentiale, ergo Deus de potentia absolute non potest conservare quantitatem distinctam ab alia sine situ, sicut Deus nunquam potest facere effectum causa formalis sine ipsa, ut hominem sine anima, album sine albedine; quia est contradictione. Si autem situs sit accidentalis aut casualis ratio distinctionis quantitatis, ergo ante illud habuit causam essentialem formalem distinctionis propriam; et tunc Deus conservat illa distincta secundum suas causas priores, sine illo quod est accidentalis ratio; vel, si est casualis, tunc conservat causam sine effectu; quod est possibile.

Tertio. Quia in causis ejusdem ordinis, non est circulus. Sed distincta quantitas est causa distinctionis situs effectiva, ut tu accipis in una ratione,

(2) *caloris.* — *calorum* Pr.

(3) *ab.* — *ad* Pr.

(4) *postea corpus continens.* — *primitus corpus* Pr.

(5) *non.* — *Ad* Pr.

(2) *eis.* — *Omn.* Pr.

(3) *non conservat, quia non conservat.* — *non conservat enim* Pr.

contra aliam opinionem. Ergo e converso situs non potest esse causa effectiva distinctionis quantitatis.

Quarto. Quia inter quantitatem et quantitatem non est repugnatio formalis, nec inter situm et situm; nec inter *ubi* et *ubi*. Quod probatur: quia quaecumque forme, quantumcumque sint contrarie, si sunt in diversis, nihil sibi repugnat; sed duo *ubi* sunt in diversis; ergo non repugnant. Unde, dato quod in hoc corpore sit hoc *ubi*, et in alio aliud *ubi*, ista duo non repugnant formaliter, quia ejusdem speciei sunt; nec repugnant (z) respectu corporis sibi subjecti, quia hoc *ubi* est in uno corpore, et aliud est in alio. Si ergo est impossibilitas quod ista duo *ubi* sint in diversis, hoc non est propter repugnatiem quam habent inter se absolute, nec etiam ut comparantur ad subjectum. Oportet ergo quod sit propter comparationem ad unum terminum, respectu ejus accipiuntur. Sed hoc sic est incompossibilitas: quia duos respectus extrinsecos esse in diversis non ad diversos terminos, non est impossibile; quia nec est impossibile de respectibus intrinsecis (6) advenientibus, ut duos respectus similitudinis in diversis ad unum simile. Hoc etiam patet: quia incompossibilitas quanti ad quantum coexistendi in eodem loco est sicut incompossibilitas cause essendi sine suo effectu naturali; sed, cum causa sit prior suo effectu, et omne prius naturaliter Deus possit conservare sine posteriori, non est impossibile quantum esse simul cum quanto, et quantum esse sine suo effectu, qui est esse in loco distinto.

III. Argumenta aliorum. — Contra eamdem conclusionem arguunt alii, ut recitat Scotus (dist. 49, q. 16), quod per nullam potentiam duo corpora possint esse simul.

Primo. Quia, secundum Boetium, 4. *de Trinitate* (circ. princ.), *in numero differentiam accidentium varietas facit*. Et sequitur: *Locus semper est diversus; corporum duorum locum unum nullo modo fingere possumus*. Ex hoc sic arguitur: Si varietas loci in numero differentiam facit, contradicatio est quod duo corpora sint in eodem loco.

Secundo. Quia dimensio est formalis ratio repugnandi duo corpora esse in eodem loco: quia, secundum Philosophum, 4. *Physicorum* (t. c. 76), sola dimensiones faciunt per se distare, non per passionem, nec per aliquid aliud. Tunc sic: Si formalis ratio repugnandi duo corpora esse simul, est divisio distincta, tunc, manente dimensione, quae est formalis ratio hujus repugnante, impossibile est duo corpora esse simul.

Confirmatur sic: Si se videntur habere duo

dimensiones ad essendum in eodem loco, sicut duo accidentia contraria ad idem subjectum. Sed duo accidentia contraria non possunt esse simul in eodem subjecto. Ergo nec duo corpora habentia distinctas dimensiones possunt esse simul in eodem loco. Major probatur. Quia quidquid inducit unum contrariorum, expellit reliquum; ergo qui movet unum corpus ad locum, expellit reliquum. Sed hoc non fieret, si possent esse simul in eodem loco. Ergo. — Quod autem duo accidentia contraria non possint esse simul in eodem subjecto per aliquam potentiam, patet, 4. *Metaphysicae* (t. c. 9 et 27), ubi dicit Philosophus, quod, si contraria sunt in eodem, pari ratione et contradictoria.

Tertio sic. In corpore naturali non sunt nisi ista: scilicet materia, et forma, et qualitates, et quantitates. Sed formalis ratio repugnandi duo corpora esse in eodem loco, non est materia, nec forma substantialis, nec qualitates: quia corpus aliquid potest rarefieri et condensari, manente eadem materia, et forma, et qualitatibus, sola quantitate mutata. Sed tamen corpus condensatum et rarefactum occupat alium et aliud locum.

Quarto. Nam duo indivisibilia non possunt esse immediata: quia tunc non essent duo, ex 6. *Physicorum* (t. c. 2, etc.). Ergo a simili potest argui: Si duo corpora sunt simul immediata, non remanent duo; eadem enim ratio quae est de uno, est de alio.

Quinto. Quia a puncto ad punctum non potest trahi nisi una linea recta. Sed, si duo corpora essent simul, possent trahi duas lineas rectas ab uno puncto corporis confinantis ad alium punctum ejusdem corporis contenti (z), ipsa (6) in duobus corporibus. Ergo, etc.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — AD ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem ad objecta Durandi contra primam conclusionem, respondebat Petrus de Palude (dist. 44, q. 18), dicens: « Quidquid isti dicant, videtur probabilius quod subtilitas sit aliquid positivum, existens in potentia per modum habitus. Quia gratia perfecti naturam sicut ipsa nata est perfecta. Potentiae autem animae, inferiores naturae sunt perfectae ad suos operationes, et ad obediendum rationi,

(z) a verbis ab una usque ad contenti, om. Pr.
ab quin. — quasi Pe.

(a) a verbo *formaliter* usque ad *repugnant*, om. Pe.
(b) *intrinsecus*, — *intrinsecis* Pe.

per habitus naturaliter aequisibilis. Ergo ad hoc ut ista fiant perfectius, conveniens est infundi habitus supernaturales; qui (z), sive sint unus, sive plures, unius dotis nomine (6) designantur, propter unitatem huius in generali. Et quidem de appetitu sensitivo et memorativa, est probabile; in quibus ex frequentia actuum solent habitus generari naturaliter. Sed de potentiis apprehensivis sensum exteriorem, et aliquorum inferiorum, in quibus nulli habitus naturaliter acquirentur, non concludit ratio, sed potius oppositum; nisi dicamus quod ideo in eis naturales habitus non ponuntur, quia non experimunt ex frequentia actuum eas perfici plus quam ex-primo aëtu; quod si possent, pari ratione habent habitus sicut aliæ. Quia ergo non est dubitandum quod per gloriam perficiuntur earum operationes, et delectationes perfectiores sequentur (7), probabile est quod hoc fiat per habitus; quia (8) etiam faciunt operationes connaturaliores, et per consequens promptiores, faciliores et delectabiliores. Et ideo argumenta in oppositum non concludunt. — Ad primum ergo, dicitur quod non concludit de appetitivis, in quibus, quanto natura est perfectione, tanto plus concupiscunt adversus spiritum. Tamen nec in aliis concludit: quia sicut intellectus, quantumcumque depuratis phantasmatibus et potentiis subservientibus, indiget habitu ad perfectius operandum, et voluntas ad obedientium, quamvis organa, vel ob grossitatem sui, vel spiritum, non patientur (quia intellectus organum non habet, nec per consequens spiritu uititur, et objectum ejus est spirituale); ita est in proposito. Si dicatur quod hoc est quia intellectus non potest intendi, cum sit aeternus, ideo aliter habet perfici, scilicet extrinsece, quia non potest intrinsece, — non valet: quia hoc esset imperfectionis in intellectu, posse perfici solum extrinsece; cum perfectio tanto sit nobilior et perfectior, quanto interior. Si ergo potentiae organizationis possint (9) intendi, et verisimile sit eas (10) intendi (maxime in statu illo perfectissimo, immo etiam in damnatis, ut majorem ponam sentiant), nihilominus potentiae sensitivae cum tota sui intensione non habent maiorem perfectionem in suo genere (11) quam intellectus per naturam in ultimo sui existens; propter quod, si illi non intensionaliter necessarius est habitus ad ultimaptam perfectionem respectu sue operationis, pari ratione et potentias sensitivis, quarum operatio tunc est summe pertinenda. — Ad secundum, dicitur quod illa ratio probat non posse esse aliquem habitum in appetitu

sensitivo; quod est contra communem opinionem. Propriè quod, dicendum quod determinaret ad unum non materialiter, sed formaliter. Redderet enī (z) potentiam bene mobilē a ratione, ut obediens rationi in appetendo et refutando cuiuslibet et talibet modo; sic enim habitus virtuosus inclinat, non ad aliquid appetendum vel fugiendum, quia non est ad operari absolute, sed ad sic appetendum, id est, prout recta ratio dictabit. Quia appetitus superior mouet inferiorem sicut sphera superior mouet inferiorem, ut dicitur, *3. de Anima* (1. c. 57). Unde, sicut inferior sphera natūra est obediens superiori ad omnem motum illius, puta primi mobilis et secundi, et non ad unum tantum, sed ad omnem motum quo illa mouetur, sic habitus perficit appetitum sensitivum ad omnem imperium rationis; sicut et sanitas disponit corpus totum ut sit bene obediens animo, non ad haec vel ad illa, sed ad omnem operationem. Et nihilominus hujusmodi sunt quaedam qualitates naturales, et non potentiae rationales, que sunt ad aliamque, ideoque, etc. — Theg. Petrus, et bene quoad multa.

Sunt tamen in dictis ejus aliqua dubia; vel falsa, sicut et in dictis Durandi. *Primum* est, ipsa pars subtilitatis non est habitus unus, aut multi, ordinatus ad perficiendum operationes partis sensitivas apprehensivas, vel appetitivas; hoc enim pertinet ad dotem agilitatis. Sed ordinatur ad hoc quod corpora sit subjectum perfecte anime, ut participet actuū primum, qui est esse substantiale. De hoc sanctus Thomas, dist. 30, q. 4, art. 5, in solutione tertias questiones, sic dicit: « *Anima* est forma corporis, et motor. Unde, cum doles corporis ad hoc ordinatur ut corpus perfecte subjiciatur anime, hoc erit ut subjiciatur ei perfecte, et sicut forme, et sicut motor. A forma autem in materia tria emisantur: scilicet esse substantiale, vires, et forme secundarie (z), scilicet evidentiales, et ambientum conservatio. Corpus ergo gloriosum, in quantum perfecte anime subtiliter quantum ad esse substantiale quod habet ab ea, sic est pars subtilitatis: ex hoc enim corpus gloriosum subtile dicitur, quod perfecte ab anima informatur, etc. » ut supra (7) recitatum feit. Item, ibidem, in solutione secundi argumenti, sic dicit: « Agilitas non solum perficit ad motum, sed etiam ad sensum, et ad omnes alias operationes anime: ut secundum hoc dicatur corpus gloriosum esse agile, quod est perfecte habilitatum ad omnes operationes quae per corpus exercentur. » — Hoc ille, — Item, dist. 31, q. 2, art. 3, op. 1, arguit sic, tertio loco: « *Inter operationes animalis*, sensus est nobilior et prior quam motus. Sed non assignatur corporibus gloriis aliquipro-

(8) *etiam*. — Ad. Pr.

(9) *nominis*. — *natura* Pr.

(10) *sequentur*. — *frequenter* Pr.

(11) *quia*. — *quod* Pr.

(12) *organis possint*. — *organisatum possunt* Pr.

(13) *casus*. — *causas* Pr.

(14) *generis*. — *gen. Pr.*

(z) *Redderet enim*, — *ei redderet* Pr.

(ii) *secundatur*. — *sed alibi* Pr.

(3) *Cfr. quæst. preced.*, art. 3, 1.

prietas que perficiat ea ad sentiendum. Ergo non debet eis attribui agilitas, per quam perficiantur ad motum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod per dotem agilitatis corpus gloriosum redditetur habile non solum ad motum localēm, sed ad sensum, et ad omnes alias operatiōnes animae per corpus exequendas. » — Haec ille. — *Secundum* est, quia non videtur verum quod aliqua naturalis potentia anima sit intensibilis aut remissibilis, ut dicit Petrus. — *Tertium* est quod habitus virtutis non determinet ad unum materialiter, sed tantum formaliter, scilicet ad modum. Hoc enim falsum est : quia habitus temperantiae determinat per modum inclinationis ad objectum temperantiae, puta ad medium in delectationibus tactus, et non solum ad modum operandi; et similiter justitia, et aliae virtutes morales. De hoc sanctus Thomas, 3. *Sentent.*, dist. 23, q. 1, art. 4, q^a 2, in solutione quarti, sic dicit : « Medium determinatur per virtutem intellectualem, scilicet prudentiam, et moralē; sed diversimode : quia prudentia determinat medium per modum diligētis et ostendētis; sed virtus moralis per modum exequentis et inclinantis in medium; unde dicit Tullius (lib. 2, *de Inventione*), quod operatur per modum naturae. » — Haec ille. — Item, 1 p., q. 1, art. 6, in solutione tertii argumenti, sic dicit : « Dupliciter contingit aliquem judicare. Uno modo, per modum inclinationis : sicut qui habet habitum virtutis, recte judicat de his que sunt secundum virtutem agenda, inquantum ad illa inclinatur; unde et in *Ethicis* (2) (lib. 3, cap. 4; et lib. 10, cap. 5) dicitur quod virtuosus est mensura et regula humanorum actuum. Alio modo, per modum cognitionis : sicut aliquis instructus in scientia morali posset judicare de actibus virtutis, etiamsi habitum non haberet. » — Haec ille. — Quomodo autem idem habitus possit inclinare nunc ad hunc actum, nunc ad oppositum, vel ad diversa objecta, ostendit sanctus Thomas, 1^a 2^o, q. 54, art. 2 et 4. Vide ibi. Alia dicta Petri stare possunt, bene intellecta.

§ 2. — AD ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta quorundam. — Ad primum contra secundam conclusionem, dicitur, negando minorem : quia pars subtilitatis habet aliud effectum quam penetrare aliud corpus, et facere quod duo corpora sint simul, ut patet per predicta.

Ad secundum dicitur quod per divinam potentiam corpus gloriosum aequa potest esse simul cum alio corpore gloriose, immo potius. De hoc sanctus Thomas, dist. 44, q. 2, art. 2, in solutione quartae questionis (6), sic dicit : « Corpus gloriosum

ratione sue proprietatis non habet quod possit esse cum alio corpore gloriose in eodem loco, sicut nec (2) ut sit cum corpore non gloriose. Divina autem virtute posset fieri ut duo corpora gloriae essent simul, vel duo non gloriae, sicut gloriosum et non gloriae. Sed (6) tamen non est conveniens quod corpus gloriae sit simul cum alio corpore gloriose : tum quia (7) in eis servabitur debitus ordo, qui distinctionem requirit; tum quia unum corporis gloriae non se opponet alteri. Et sic nunquam duo corpora gloriae erunt simul. » Item, in solutione quinta questionis (8), sic dicit : « Corpus gloriae non habebit quod sit cum alio corpore simul ratione subtilitatis; et, si hoc haberet ut esset cum alio corpore, non tamen cum corpore gloriose. »

Ad tertium dicitur quod anima beata, resumpta corpore gloriose, poterit esse simul cum quocumque alio corpore esse voluerit; non tamen propria virtute, sed divino miraculo. De hoc sanctus Thomas, ubi supra (dist. 44, q. 2, art. 2), in solutione sextae questionis (9), sic dicit : « Corpori gloriae secundum naturam suam competit ut resistat cuilibet alteri transirenti, ita quod non possit simul esse cum eo in eodem loco. Sed miraculose hoc potest divina virtute contingere, ad nutum ipsius, quod sit cum alio in eodem loco; et sic non resistet ei transirenti. » — Haec ille.

Ad quartum, negatur consequentia : quia per nullam formam creatam afferit a corpore gloriose illud quod est principium incompossibilitatis coexistendi alteri corpori, ut patet in probatione conclusionis.

Ad quintum, negatur minor. Et ad ejus probationem, patet responsio per dicta sancti Thomae in Scripto super Boetium, *de Trinitate*, in illa questione qua querit : Utrum duo corpora possint intelligi esse in eodem loco. Ibidem eniim, in solutione quinti argumenti, sic dicit : « In ferro ignito non sunt duo corpora, sed unum corpus, habens quidem speciem ferri, sed alias qualitates ignis. » — Haec ille. — Completus tamen respondet Petrus de Palude (dist. 44, q. 3), dicens : « In ferro ignito non sunt simul ignis et ferrum. Cujus ratio est : quia forma ignis non compatitur in materia quam perficit tantam densitatem quam habet materia ferri; nec forma ferri compatitur tantam raritatem, quam habet forma ignis. Dicendum ergo quod, cum ferrum ignitur, utique ignitio ferri non est nisi vehementer alteratio a qualitatibus ignis, ratione cuius potest aliud ignire; et sic, ubi ferrum est, non est ignis, sed ardor, vel calidus. Si tamen

(2) *nr.* — Om. Pr.

(3) *Srl.* — *qua* Pr.

(4) a verbis *non est conveniens usque ad item quia, om. Pr.*

(5) *questionis*. — *questionis* Pr.

(6) *questionis*. — *questionis* Pr.

(7) *Ethicis*. — *Metaphysicis* Pr.

(8) *questionis*. — *questionis* Pr.

sunt porositas in ferro, nihil prohibet quin ibi sit ignis verus, generatus vel in natura aeris prius ibi existentis, vel in subtilioribus partibus que resolvuntur a ferro. De pane autem infinito vel imbibito in vino vel aqua, dicendum est quod ubi est porositas, ibi solum est vinum, vel sola aqua; ubi autem est panis solidus, nihilominus humectatus, ibi est solus panis, alteratus tamen a qualitatibus aquæ vel vini, quorum substantia corrupta est. Et sic nunquam est simul ferrum et ignis, nec panis et vinum. » — Hæc Petrus, et bene.

§ 3. — AD ARGUMENTA CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra tertiam conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 44, q. 4), dicens quod « major est vera, et minor falsa. Ad probationem, posset negari major. Sed, secundum veritatem, minor est falsa (2) : quia pon est de formal ratione quantitatis quod partes ejus situ distinguantur. Quod probatur dupliciter. *Primo* sic : Quia quantitas non includit in sua essentia, nec in suo esse, formaliter et essentialiter situm, nec, per consequens, distinctionem situm, seu positionis, qua est posterior : quia coordinationes praedicamentorum sunt impermixtae; unde, cum situs, seu positio, sit illud praedicamentum distinctum a quantitate, sive differant ut res et res, sive ut modus a re, saltem ratione formalis differunt, et quidditative; et sic non est de ratione sue essentie, nec per consequens sive, cum nihil cadat medium inter essentiam et esse, nec esse unius praedicamentis deserit suam essentiam at transeat ad aliam. Ergo Deus potest facere quantitatem sine hoc quod partes ejus sint distinctae situ; quod solum impedit simultatem corporum in loco. *Secundo* : Quia illud non est de ratione alienus, quod est extra completam ejus diffinitionem; et potest res esse, posita sua diffinitione, omni alio circumscripto. Sed completa diffinitione quantitatis est quod quantum est divisibile in ea que insunt, propter quod esse partibile, et habere partes, est completa ratio quantitatis; quod autem illæ partes non distinctæ situ, vel loco, hoc accidit. Ponatur ergo, per possibile vel impossibile, quod aliquid abeat partes, et illæ non distinguantur situ, quare: trum est quantitas, vel non? Si dicas quod non: ergo habeo diffinitionem et non diffinitum. Si

autem dicas quod sic; ergo esse partem extra partem non est essentia quantitatis. Si autem dicatur quod species abundat a genere, et quantitas continua, ut est quantitas, non includit nisi solum partibilitatem, sed, ut est continua, determinat modum partibilitatis eum situ; — potest dici quod, etsi determinaret sibi situ, non tamen propter hoc distinctionem situs: nam pumetum est unitas positæ, et tamen duo puncta que sunt in extremitatibus duarum linearum conformatum, habent unummet situm, et nihilominus sunt vere puncta, et vere positæ, et situata; et ita etiam omnes partes quantitatis quae essent in eodem loco, essent situatae seu positæ, sed non sit in positione distinctæ. Hoc tamen non est verum: quia unum praedicamentum nunquam est differentia alterius specifica, licet species relationum innescant aliquando per species aliorum, 5. *Metaphysicae*. Sed aptitudo ad hoc bene potest dici essentialis, et specificans quantitatem continuam permanentem. Permanentia autem videatur esse differentia quantitatis continua respectu successiva, et non situs. Si autem dicatur quod continuum est cuius partes copulantur ad aliquem unum terminum communem; quod supponit distantiam partium extremarum a media; — dicendum quod non est verum. Magis enim copularentur termino communis, si ab illo non distarent, nec per consequens ab invicem, quam per hoc quod distant; sicut prius dicebatur quod, si (2) esset partibile, partibus non distantibus, esset vera quantitas. Et quia nihil est in genere, quod non sit in aliqua specie ejus, oportet quod esset in aliqua specie. Si autem non esset in specie quantitatis continua et permanentis, in nulla alia esse posset: non enim in discreta, que supponit continuam; nec in successiva, cum successio simultatem excludat. Esset ergo in specie quantitatis continua permanentis; et sic ei accidit, quoad essentiam, habere in partibus distinctionem situs. » — Hæc Petrus.

Et in idem redit solutio quam dat Johannes de Neapoli ad praedictam rationem, in suo secundo *Quodlibeto*, q. 4. Dicit enim quod « de intrinseca et formalis ratione quantitatis continua est quod habeat partem extra partem, id est, distinctam a parte realiter, non autem situatamente. In uno situs, quantum ad totum ejus ambitum, est extra intrinsecam et formalem rationem quantitatis, cum sit aliud praedicamentum a quantitate. Unum enim praedicamentum est extra intrinsecam et formalem rationem alterius, mere et accidentaliter se habens (3) ad ipsum. Philosophus autem, in *Praedicamentis* (cap. de Quantitate), dicit quod *habere positionem* est differentia quantitatis: non intendens quod praedicamentum situs, seu positionis, sit differentia spe-

(2) si. — Om. Pr.

(3) *habens*. — *habet* Pr.

(2) Argumentum, de quo dicit Petrus majorem esse veram, et minorem falsam, non est **primum argumentum** Durandi, art. præc., § 3, I, positum; sed istud: *Duo corpora non possunt esse simul in eodem loco, nisi partes at indistinctæ secundum positionem; sed hoc est impossibile; ergo est impossibile quod duo corpora possint esse simul in eadem loco.* **Primum** Durandi est ista probatio, quam dicit Petrus: « posset negari major; sed, secundum veritatem, minor est falsa. »

esifica speciei quantitatis, propter rationem jam dictam; sed circumloquens differentiam quantitatis continuae permanentis, dicit quod tale praedicamentum est praedicamento quantitatis quasi accidentale; sicut et differentias specificas frequenter circumloquimur per accidentia. Vel per *habere positionem* Philosophus non intelligit habere situm quemicunque, sed solum habere partem permanentem, realiter distinctam ab alia parte, et ei continuatam. Unde consuevit dici quod *habere positionem*, ut est differentia quantitatis, predicta duo includit, scilicet permanentiam et continuitatem; sed, prout est speciale praedicamentum, importat habere partes in diversis partibus loci ordinatas. Et hoc est quod alii digunt, quod positio, ut est speciale praedicamentum, dicit ordinem partium alienus totius in loco; ut autem dicitur differentia quantitatis, dicit ordinem partium in toto, non autem in loco. Et similiter dicendum est quod de intrinseca et formali ratione quantitatis est habere partem juxta partem, id est, a parte non separatam; non autem juxta partem in ordine ad locum, id est, partem distantem loco ab alia parte. Vel dicendum quod de intrinseca et formali ratione quantitatis est habere partem extra partem vel juxta partem situ vel positione, non actu, sed aptitudine; sicut et de intrinseca ratione accidentis est inesse subiecto, non actu, sed aptitudine, quo modo etiam accidentis esse est inesse. » — Haec Iohannes, et bene.

Uterque enim concordat in hoc dictis sancti Thomae, dist. 44, q. 2, art. 1; q^uo^{rum} 1, in solutione primi, ubi sic dicit: « Secundum Philosophum, in 8. *Metaphysica* (t. c. 5 et 6), quia differentiae essentiales sunt nobis incognitae, utimur quandoque differentiis accidentibus ad significandum differentias essentiales, quae sunt accidentium cause. Unde *mortale* non ponitur in diffinitione hominis quasi ipsa mortalitas ad essentiam hominis pertinet, sed quia illud quod (z) est causa mortalitatis secundum presentem statum, scilicet compositionem ex contrariis, est de essentia hominis, etc. » Item, dist. 40, q. 4, art. 2, q^uo^{rum} 4, in solutione tertii, sic dicit: « Situs quantitatem presupponit. Et quia quantitas Christi nullam habitudinem habet ad dimensiones panis, ideo etiam nec situs partium corporis Christi. Et ideo, quamvis corpus Christi, prout est sub sacramento, habeat partes distinctas et situatas situ naturali, non tamen est assignare in partibus dimensionis panis ubi singulæ partes corporis Christi jaceant. Nec tamen sequitur quod dicatur corpus Christi confusum, quia secundum ordinem illum non comparatur ad dimensiones extiores. » — Haec ille. — Item, art. 3, q^uo^{rum} 3, in solutione secundi, sic dicit: « Confusio opponitur

ordini partium, qui pertinet (z) ad rationem situs. Et quia corpus Christi non est situaliter sub sacramento, ideo non sequitur ibi aliqua confusio partium ex hoc quod in quolibet signato hostie est totum corpus, et qualibet pars. Quamvis enim non sit accipere ordinem partium secundum comparationem ad partes hostie, tamen est accipere ordinem ipsarum partium (6) ad invicem in corpore Christi secundum quantitatem propriam. » — Haec ille. — Ex quibus patet quomodo est duplex situs; et quod situs qui dicit ordinem partium in loco, non est de intrinseca ratione partium quantitatis dimensio, sed accidit ei.

Ad secundum respondet Petrus (dist. 44, q. 3), primo, negando majorem: « Quia non sequitur, si partes quantitatum diversarum possunt esse indistincte, quod propter hoc partes ejusdem quantitatis (quia etiam naturaliter partes superficie continentis, et contentae, sunt situ conjunctae et immediatae, non distantes (quia locus et locatio sunt singuli); et tamen partes superficie alterius inter se sunt situ distinctae. Et sic falso assumebatur in primo arguento, quod major distinctio requiritur in partibus quantitatis divisae quam indivisa. Et ratio hujus posset dari. Quia contradictione est quod aliqua sint distincta et plura inter se, et tamen careant omni causa distinctionis. Quantitas autem, in quantum accidentis, habet indivisibiliter distinguiri subiecto; sed, praeter hoc, in quantum tale accidens, distinguitur situ, quod ei competit etiamsi non haberet subiectum. Quando autem quantitates sunt diversorum corporum, si sint indistincte situ, adhuc remanent distincte simpliciter subjectis; et ad effectum sufficit altera causarum, quarum quilibet est sufficiens. Sed in eadem quantitate indivisa, confusa distinctione situs, non remanet distinctio subjecti; quia est idem subiectum. Nec potest dici quod distinguantur distinctis partibus subjecti, cum magis e converso haec distinctio insit subiecto ab ipsa quantitate. Unde Deus, qui potest facere duo corpora esse in eodem loco, quando sunt physica, non posset ibi duo corpora mathematica, quia non distinguuntur subjecto; quod est verum; nisi faceret secundum miraculum; quod est sibi possibile; quia illam distinctionem quam habent accidentia a subjectis, potest eis dare et conservare sine subjectis, sicut duas albedines separatas posset facere. Propter quod aliquibus videtur quod posset facere duo accidentia solo numero differentia in eadem parte subjecti, quantum ad hoc saltem quod defectus distinctionis non impediret, sed aliud forte impedit. Sed ista solutio non est bona, ut videbitur postea. Unde standum est in solutione primi argumenti, concedendo quod idem sit de replicatione.

(z) qui pertinet. — quæ pertinent Pr.

(6) ipsarum partium. — partium nostrarum. Pr.

tione ejusdem quantitatis supra seipsam, etc. Nec sequitur impossibile: quia Sancti dicunt quod Deus posset facere camelum per foramen acus transire; quod forte non esset per compressionem in minimam figuram, salva ejus vita, que non pateretur ossium fractionem; sed per hoc quod partes se invicem subintrarent, ut ita dixerim, sublata ab eis distinctione situs, praeter minimam et minorem foramine acus, ut posset transire. Si enim duo corpora distincta et integra et incorrupta unire potest in uno loco, multo magis diversas partes ejusdem corporis, puta manus et pedes. » — Haec Petrus.

Concordat Johannes de Neopoli, ubi supra, dicens quod « virtute divina magnum corpus posset esse in loco parvo, et minimo, aequali uni parti ejus, ut corpus Christi totum est in minima parte Sacramenti. Et hoc forte innuit Salvator Matth. 19 (v. 24), ubi dicit quod *fari ling est camelum per foramen acis exire, quam divitem intrare in regnum coelorum;* et subdit, paneis interpositis (v. 26): *Apud homines hoc est impossibile, apud Deum autem omnia sunt possibilia.* » — Haec Johannes, et bene.

Concordat enim utriusque in hoc sanctus Thomas, dist. 44, q. 2, art. 2, in solutione quinto questio[n]eu[m]e, ubi querit, Utrum corpus gloriosum possit esse in loco minori se; ubi, sicut dicit quod nunquam hoc fieri etiam per miraculum in corpore gloriose, non tamen negat quin posset fieri in corpore non gloriose.

Ad tertium respondet Petrus (dist. 44, q. 3), dicens quod a diei potest, ut his replicatum est, quod diversae partes diversorum motuum possunt esse simul tempore, et ipsi toti motus, sive in eodem subjecto differentes specie, ut idem homo simul currat et calefit, sive in diversis, ut duo simul currunt; sed non diverse partes ejusdem motus. Et similiter, diversorum corporum quantitates simul esse possunt, sed non ejusdem quantitatis diversae etiam partes, propter rationem factam in secundo argumento. Sed istud non valet, propter rationem ipsorum, que bene probat, in primo argumento, quod quantitas divisa non minus requirit distinctionem quam indivisa. Dicendum est ergo ad exempla de diversis superficiebus et motibus, que sunt simul plus quam diverse partes ejusdem, quod hoc non est propter diversitatem subjectorum, ut dicebatur in solutione secundi argumenti, sed propter hoc quod comparantur ad invicem non ut quanta, sed ut indivisibilia et termini quantitatis. Quia superficies est indivisibilis secundum profunditatem; unde superficies continens concava, et contenta convexa, sunt simul secundum profunditatem, secundum quam non sunt partes, sed termini diversarum quantitatum. Sed superficies convexa continentis, et similiter convexa contenti, non sunt magis simul quam si essent ejusdem quanti-

tatis; immo tantum, nec plus, nec minus distant ad invicem. Et similiter de motibus concurrentibus: quia concurrent ad invicem sicut duo lineae conjugantur secundum latitudinem, si una ponatur juxta aliam. Per idem enim esset ac si duo puncta ponerentur simul, que non faciunt aliquid maius. Motus enim (^(z)) habet partes, que sunt prius et posterius, et non unum juxta aliud. Si autem posserentur duo motus diversi, quorum minus esset prior, et alias posterior, sic non posse[nt] esse magis simul duratione quam partes ejusdem motus. Dicendum est ergo quod, sicut impossibile est duas quantitates diversas esse indistinctas sita, sic impossibile est de diversis partibus ejusdem quantitatis. Et ad rationem que tacta est contra hoc in solutione secundi argumenti, dicendum est quod, posita causa formalis in (^(y)) habentibus materiali, Dens potest suppleri omnem aliaria causiditatem. Licet ergo dicatur quod partes quantitatis differenti subjecto et siti, utraque tamen est differentia extrinseca, et non essentialis: quia tam subjectum quam situs sunt extra essentialia quantitatis; cum una pars quantitatis differat ab alia formaliter intrinseca seipsa, cum sit forma; actus enim formaliter seipso distinguitur a quibuscumque distinguitur. Propter quod, si partes ejusdem quantitatis habentis subjectum suum, vel numerum, super se replicantur, sunt siti indistincte, sublata distinctione effectiva vel materiali subjecti, et sublata distinctione accidentiali et extrinseci siti, Deo conservante effectiva, remanet eis (^(z)) formalis et essentialis; et intrinseca distinctio quam habent ex seipsis formaliter: sicut, sublatis quantitatibus duorum hominum, sublata esset distinctio mineralis accidentialis exterior, qua erant duo quanta; sed remaneret alia, qua (^(d)) essent duo homines, et multi, in multitudine substantiali, ab uno quod convertitur cum ente. Propter quod dicendum est ad argumentum, quod minor est vera, sed major falsa. Quia non sicut se habent partes quantitatis permanentis ad positionem, sicut partes quantitatis successivae ad successionem. Quia successio est differentia specifica et essentialis motus et temporis; unde non potest fieri motus sine successione, plus quam homo sine ratione. Sed positio non est differentia quantitatis, cum sit aliud predicamentum; sed bene est propria passio ejus, a qua Deus potest separare subjectum, sicut prius a posteriori. Sed habere partes ejusdem rationis, est propria quidditas quantitatis, et nihil plus; non autem habere partes absolute, cum hoc habeat substantia composita. Ergo quantitas manens per essentialiam suam est apta nata habere situm; et per se primo modo habet aptitudinem ad distinctionem.

(z) *enim.* — *etiam* Pr.

(y) *non.* — Ad. Pr.

(z) *eis.* — *ejus* Pr.

(d) *qua.* — *qua* Pr.

nem situs, quia, cum propria passio fluat immediate a principiis essentialibus subjecti, potest dici quod per essentiam est aptum natum ad illa; sed actualis inherentia pertinet ad secundum modum perseitatis. » — Haec Petrus.

Et in idem redit solutio Johannis de Neapoli dicentis quod « major argumenti est neganda. Quod probatur ex dictis Durandi! Quia, secundum eum, ejusdem rationis est distinctas quantitates esse simul positione, et distinctas partes ejusdem quantitatis. Et, pari ratione, secundum eum, sequitur quod ejusdem rationis sit distinctos motus esse simul duratione, et distinctas partes ejusdem motus, si motus et partes ejus sic se habent ad durationem sicut quantitas permanens ad positionem. Et tamen per nullam potentiam due partes motus possunt esse simul duratione; etiam secundum eum; duo autem motus distincti possunt esse simul duratione, etiam naturaliter. Ratio autem praedictae interemptionis et differentiae est: Quia successio partis post partem, seu habere prius et posterius in partibus suis, est essentialis tempore, quod nihil aliud est quam quantitas motus successiva, sive prius et posterius numerata in motu, ut patet, 4. *Physicorum* (t. c. 99, et seq.); et etiam motui. Quod patet dupliciter. Primo: quia moveri est aliter se habere nunc et prius essentialiter, ut patet, 6. *Physicorum* (t. c. 32); ergo de intrinseca et formalis ratione motus est habere prius et posterius in partibus suis. Secundo: quia motus est actus entis existentis in potentia, ut patet, 3. *Physicorum* (t. c. 6, 16 et 23); nihil autem est in potentia ad id quod habet, sed solum ad id quod habiturum est postea; ergo motus essentialiter habet duo in se, unum prius, ratione cuius dicitur esse actus, et aliud posterius, ad quod mobile existit in potentia. Habere autem positionem seu situm in partibus suis, vel distinctionem situalem quantum ad partes suas, non est essentialis quantitati permanenti, ut per praedicta jam patet. — Dicendum ergo ad maiorem praedictae rationis, qua dicitur quod, sicut quantitas successiva se habet ad durationem seu successionem secundum durationem, sic quantitas permanentis se habet ad positionem, etc., quod nulla est similitudo, ut jam declaratum est, sed ad permanentiam, seu simultatem secundum durationem. Et, per consequens, sicut impossible est plures partes quantitatis successive, ut motus et temporis, esse simul duratione; sic impossibile est plures partes quantitatis permanentis, supposita ejus permanentia, non esse simul duratione. Non autem sequitur quod non possint esse simul positione. » — Haec Johannes.

Ad quartum respondet Petrus (dist. 44, q. 3), dicens quod « non est simile de duobus accidentibus respectu unius subjecti, et de duobus corporibus respectu unius loci; quia accidentia se habent informative ad subjectum, corpora autem se habent ad

locum extrinsece. Item, forte: quamvis duo accidentia absoluta non possint esse in eodem subjecto, ut duae albedines; tamen ab aliquibus ponitur quod duo accidentia respectiva possunt esse in uno subjecto, sicut in uno patre duas paternitates respectu duorum filiorum. Nec est dubium quin in duabus subjectis sint duo accidentia respectiva per comparationem ad unum, sicut in duabus filiis sunt duas filiationes per comparationem ad unum patrem. Et istud, ut videtur, potest sufficere ad propositum: quia ubi, vel esse in loco, dicit respectum corporis ad locum; propter quod nihil prohibet (z) quin duo corpora simul habeant duo ubi respectu ejusdem loci ». — Haec Petrus.

Ad quintum dicitur quod solutiones dafae ad dicta sanctorum et auctoritates Sacrae Scripture non valent. De hoc Petrus (dist. 44, q. 3): « Possunt, inquit, impediri solutiones ad auctoritates. Primo, de nativitate Christi, non valet dilatatio illa: quia non est de mente sanctorum, qui dicunt hortum conclusum semper fuisse beatum uterum. Quod autem aliqui dicunt, cum aperuisse, exponentum est sicut dicitur infernum aperuisse. Habet enim clarem David, qui aperit, et nemo claudit, etc. (*Apoelyp.*, 3, v. 7). Quia enim nemo exit de domo claugâ nisi sibi aperiatur ostium, et de inferno nullus exire poserat, Christus autem inde exivit, et alios extraxit et exire inde fecit, propter hoc dicitur quod infernum aperuit, non quia ejus ingressum frangerit, nec dilataverit. Ita Christus, quia de matre exivit, dicitur uterum aperuisse (quia sine apertione nullus filius exiit); et sic ad modum aperientis exiendo se habuit, non quod dilataverit; quia talis aperio etiam sine fractione opponitur clausioni, et non solum fractioni; sancti autem dicunt non solum clausum pudoris signaculum; sed etiam ipsum uterum et portam in domo Domini clausam, et quod porta illa clausa erit principi, et non aperietur, et Dominus intrat et exit per eam (*Ezechiel*, 44, v. 2), et multa huiusmodi. — Ad aliam de sepulchro, dicendum per interemptionem. Unde (6) refert Comestor vocem auditam sic: potuit Christus clauso prodire sepulchro. Et, licet non sit artillus fidei, tamen, si recipitur auctoritas, non est ad mentem eorum exponente quod subito aperatum sit, et subito clausum; immo intelligunt quod ante omnem apertitionem exivit. — De (7) ianuis clavis, certum est quod per fenestras potuit ingredi; sed non sic intelligunt sancti. Et, licet non sit impossibile Deo corpus etiam immortale in minimum figuram redigere, tamen non convenit corpori immortalis, quod sine fractione ossium videtur non posse fieri. Et multo magis illud dicere

(x) prohibet. — prohibamus Pr.

(y) per interemptionem. Unde. — quod per interemptionem bene Pr.

(z) De. — Om. Pr.

debuerunt in Christi nativitate: nam quantitas formicæ sufficit ad magnitudinem corporis animati primo anima rationali; unde, cum, salva virginitatem, eruor menstruus et urina excant, potuit sic corpus Christi ab ipso comprimiti, ut sine fractione et dilatatione exiret, et viuis homo remaneret. — *De quarto*, scilicet de cœlo, verum dicunt: quia, sicut cedit aer avibus volantibus, sic illud sanctorum corporibus innumerabilibus, vel immortalibus, hue atque illue discurrentibus; quia sicut scintillæ in arundinetu discurrent (*Sapient.* 3, v. 7). — *De quinto* autem dicendum quod, licet quantitas Christi sit in altari, tamen non est ibi localiter; ideo non est multum ad propositum. » — Haec Petrus.

Johannes autem de Neapoli magis extense dicit de predictis. « *Iste*, inquit, *responsiones non valent*; sed videntur erroneous et periculosæ, utpote contra communem doctrinam Ecclesie et auctoritates sanctorum; et etiam aliisque contra auctoritates Sacrae Scripturae. Et arguo primo contra omnes simul. Quia Augustinus, in Johannis *Evangeliū*, tractatu 21 (z), exponens illud Johannis (v. 20), *et fores essent clausæ* (ε), dicit sic: *Moli autem corporis ubi divinitas erat, ostia clausa non obsterunt. Ille quippe nō ei apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inviolata permanebat*. Sed constat quod moli corporis non plus obstat poterat uterus virginalis, aut sepulchrum, aut cœlum, quam ostia. Et quodlibet istorum obstat moli alterius corporis per solam quantitatem, ut omnes concedunt. Obstatisset autem quodlibet istorum moli corporis Christi, si (γ) non potuit esse simul cum (ε) utero virginali in partu, vel cum sepulchro in resurrectione, aut cum cœlo in ascensione. Sed, secundum intentionem Augustini (z), corpus Christi cum quolibet illorum esse potuit.

« *Preterea* arguitur specialiter contra illud quod *primo* (z) dicitur, de partu virginis. Quia, si in ejus partu fuit facta tanta dilatatio meatus et rimacum naturalium, quanta sufficit ad egressum pueri de utero, cum talis dilatatio sit quædam aperio, secundum illos de opposita opinione, ut patet per Gregorium Nyssenum et Ambrosium, quos inducent, sequeretur quod Christus fuisset natus de utero virginali non clauso, sed aperto, etsi non per divisionem aut fractionem, saltem per predictam dilatationem, tantam quantam ponitur ad egressum pueri de utero; quod est contra Gregorium, in Homilia super illud Johannis 20, *Una sabbatorum, cum*

(x) in *Johannis Evangelium*, tractatu 21. — *Homilia* 119 super *Johannem* Pr.

(ε) *et fores essent clausæ*. — *venit Jesus januis clausis* Pr.

(γ) *sí*. — *sed Pr.*

(δ) *cum*. — *Om. Pr.*

(ε) Cfr. etiam sermonem 247 Augustini.

(ζ) *primo*. — *Om. Pr.*

fores essent clausæ, etc., ubi ait sic: *Illud corpus Domini intravit ad discipulos januis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exivit Virginis utero. Quid ergo mirum, si januis clausis post resurrectionem in eternum jam victurus intravit, qui, moriturus veniens, non aperto utero Virginis exivit?* Et Beda, in homilia super illud Matthæi ultimo (v. 2), *Et accedens revolvit lapidem*, etc. dicit (z): *Qui mortalis clauso utero Virginis potuit mundum ingredi, ipse victurus immortalis clauso sepulchro potuit resurgendo exire.* Haec autem omnia, secundum predicta, falsa essent, sicut et falso diceretur contentum in aliquo, ut bladum in sacco, exire de eo clauso, et non aperto, si exiret per orificium dilatatum, dato quod non esset facta aliqua fractio vel scissio in eo (clausum enim et apertum opponuntur ut habitus et privatio); sicut et falso diceretur quiescens, quod qualitercumque moveretur. — Falsum autem est quod dicitur, quod, secundum Augustinum, 14. *de Civitate Dei* (cap. 26), in statu innocentie fuisset facta talis dilatatio in partu omnis mulieris, absque ruptione et fractione quacumque: quia ex verbis Augustini nihil tale habetur, sed solum quod mulier concepisset sine corruptione, et peperisset sine dolore. Dicit enim sic: *Nulla corruptio ne integratatis infunderetur gremio matritus uocis; quia ita tunc potuit utero conjugis, salva integritate feminæ genitalis, viri semen immitti, sicut nunc potest, eadem integritate salva, ex utero virginis fluxus menstrui cruoris emitti.* Et infra: *Ad partendum non dolorum gemitus, sed maturitatis impulsus feminine viscera relaxaret.* Et quamvis in sensibilius fractionem vel divisionem dolor naturaliter consequatur, tamen a tali dolore mulier fuisset preservata, virtute Dei, qui potest omnem causam absolvere ab omni effectu eam naturaliter consequente, sicut est dolor respectu talis fractionis vel ruptionis. — Auctoritatem autem Ambrosii que allegatur, introducit sanctus Thomas in 3 p. *Summe*, q. 28, art. 2, in primo argumento, ad probandum quod mater Christi fuerit virgo in partu. Et exponit eam sic, dicendo quod « Ambrosius dicit hoc, exponens illud quod Evangelista, scilicet Lucas, de lege inducit: *Omne masculinum adaperiens vulvam*, etc. *Quod quidem* (ε), ut Beda (*Exposit. in Luc. Evang.*, lib. 1) dicit, *consuetu nativitatis more loquitur, non quod Dominus saecu centris hospitium, quod ingressus sanctificaverat, egressus devirginasse credendus sit.* Unde illa adaptione non significat (γ) reservationem claustræ pudoris virginea, sed solum exitum prolis de utero matris ». Quonia sunt verba

(α) dicit. — dicitur Pr.

(β) quidem. — quidam Pr.

(γ) significat. — serrat Pr.

Fratri Thomae. Unde incongrue predicta auctoritas introducitur, sed trahitur ad alium sensum, ut scilicet adaptatio illa denotet dilatationem predictam, et non solum exitum prolixi de utero; quod falsum est. Quaedam autem glossa marginalis dicit, super Lucam, cap. (2) 2, quod illud de Ambrosio a falsariis est appositorum; et postea subdit predictam expositionem Fratri Thome. Et simile est de auctoritate Gregorii Nysseni, quam una cum predicta auctoritate Ambrosii introduceit Frater Thomas (6), super illud Lucie 2, quod est jam allegatum: *Omnis masculinum*, etc.

« Responsiones etiam quas dat *ad secundum*, scilicet (7) ad illud de resurrectione Christi clauso sepulchro, non valent. Non prima. Quia ex dictis Sacrae Scripturae habetur aliqualiter quod Christus resurrexit clauso sepulchro. Quia, Mare. 16 (v. 3), dicitur quod mulieres visitantes sepulchrum dicelant ad invicem: *Quis revolvet nobis lapidem*, etc.? De angelo etiam legitur, Matth. ultimo (v. 2), quod *acecedens revolvit lapidem*. Et constat quod Christus iam resurrexerat, ut omnes concedunt. Aut ergo Christus surrexit aperto sepulchro, quod postmodum clausum est; aut clauso sepulchro. Primum dici non potest: quia talis clausura, quantum est de natura sua, generasset fidem seu opinionem quod Christus surrexisset clauso sepulchro, sicut Ecclesia nunc tenet, propter predicta verba Evangelistarum; et sic Christus resurgens fuisset actor falsae fidei, seu opinionis, de se et de sua resurrectione; quod falsum est. Et praeterea (8) talis clausura fuisset facta omnino frustra: quia non ad tenendum sepulchrum mundum, cum, non obstante causa illa, angelus movebat lapidem; nec etiam ad astruendum resurrectionem, quia corpus Christi non esse in sepulchro, sed surrexisse, magis apparere poterat sepulchro aperto quam clauso. Ergo relinquitur aliud membrum; scilicet quod Christus resurrexit clauso sepulchro. Et hoc est quod dicit Chrysostomus, super illud Luce 24 (v. 2), *Et innoverunt revolutum lapidem a monumento. Amotus est*; inquit, *lapis post resurrectionem, propter mulieres, ut credant surrexisse Dominum, videntes monumentum vacuum corpore*. Et Beda, in homilia super illud Matth. ultimo (v. 2), *Et acecedens revolvit lapidem*, etc., dicit sic: *Non ut egressuro Domino januam pandat; sed ut egressus ejus janu facti hominibus praestet indicium*. Et subdit illud quod allegatum fuit: *Ipse enim factus immortalis, clauso sepulchro potuit exire, resurgendo*, etc. Nec illud quod dicunt sancti, exponendo Evangelia conformiter textui Evangelii, accipiendo est pro opinione, ut

iste dicit; sed magis accipiendum est pro veritate ab Ecclesia approbata. — Nec valet alia responsio quam dat, scilicet quod sepulchrum fuerit subito apertum et subito clausum; et dicatur resurrexisse clauso sepulchro, quia res dicitur fieri quando innotescit, et talis clausio et apercio nulli apparuit. Quia, quamvis res dicitur fieri quando innotescit, nullatenus res dicitur fieri quando fit ejus oppositum: falso enim dicaretur homo fieri albus, quando fit vel est niger. Clausio autem et apercio sunt opposita. Ergo falso dicaretur Christum resurrexisse clauso sepulchro, si secundum veritatem (9) surrexit sepulchro aperto, quantumcumque talis clausio et apercio latuisset.

« Responsiones autem quas dat *ad tertium*, scilicet (6) ad illud de ingressu Christi ad discipulos januis clausis, non valent. Non enim valet prima. Quia est contra Augustinum, in quodam sermone pascali (Sermon. 247), ubi sic dicit ad litteram contra predictum errorem: *Nonnulli de hac re ita moventur, ut pene periclitentur, asserentes contra divina miracula iudicium ratiocinationum suarum. Sic enim disputant: Si corpus erat, quomodo per ostia clausa intrare potuit? Si comprehendunt modum, non est miraculum. Ubi deficit ratio, ibi est fidei edificatio*. Et infra: *Quæreris a me, et dicas: Si per ostia clausa, ubi est corporis motus? Et ego respondeo: Si per mare ambulavit, ubi est corporis pondus? Sed fecit illud Dominus, tanquam Dominus* (7). Sic ergo, secundum Augustinum, non solum intravit januis clausis, sed etiam per ostia clausa. Nec valet si dicatur quod Augustinus non dicit hoc ex persona sua, sed alterius ab eo querentis. Quia Augustinus talem quaestioneum repulisset tanquam falsum supponentem, si Christus per ostia clausa non intrasset, sed per fenestram, cum ostia essent clausa; et non ostendisset modum quonodo per ostia clausa intravit in simili, quia scilicet per mare ambulavit. — Secunda etiam responsio non valet: Quia expresse contradicit Scripturæ, Iohann. penultimo, que dicit: *Ingressus est ad discipulos, cum fores essent clausæ, et clavis januæ*; quod totum falsum esset, si ingressus fuisset janu apertis, quantumcumque fuissent subito apertae vel subito clausæ, ut patet per predicta de resurrectione, quae facta est clauso sepulchro. — Nec valet etiam tertia responsio; propter duo. *Primo*, quia aut simpliciter, aut saltem non minus est impossibile corpus hominis, manente natura humana, in figuram talem mutari, quam duo corpora esse in eodem loco. *Anima enim est actus corporis organici*, ut dicitur, *2. de Anima* (l. c. 6); unde requirit figuram determinatam in

(2) cap. — Om. Pr.

(3) Cfr. *Catenam auream*, in Luce Evangelium, cap. 2.

(4) *ad secundum*, scilicet, — Om. Pr.

(5) *præterea*, — *prima* Pr.

(6) *veritatem*, — *virtutem* Pr.

(7) *ad tertium*, scilicet, — Om. Pr.

(8) *tanquam Dominus*, — Om. Pr.

corpo^e cuius est actus. Et præterea : inconveniens est dicere de corpore Christi, quod erat impossibile post resurrectionem, quod fuerit transmutatum de figura propria naturali in figuram tam extraneam et innaturalem. Secundo, quia, secundum hanc responsionem, Christus non intrasset per ostia clausa, sed magis per rimam ostiorum, ut etiam ipse exprimit; et sic clausa ostia Christi corpori obstitissent. Et utrumque est contra sanctorum auctoritates, ut patet per prædicta.

« Responsio etiam quam dat ad quartum, scilicet (a) ad illud de ascensu Christi ad celos, non valet. Quia, secundum eam, corpus cœleste molli corporis Christi obstitisset, si simul cum eo stare non posset; contra auctoritatem Augustini iam allegatam. Et præterea : apud Philosophum non minus reputaretur impossibile cœlum posse scindi, ut patet in 2. *Cœli et mundi*, quam duo corpora esse in eodem loco. Cum ergo oporteat (6) ponere quod duo corpora fuerint in eodem loco, in nativitate, et resurrectione, et ingressu Christi ad discipulos, ut patet per prædicta, convenientius est ponere quod etiam in ascensione sic fuerit, quam quod cœlum fuerit scissum; quia quod potest fieri per pauciora, frustra fit per plura. » — Hæc Johannes de Neapoli,

Coneordat sancto Thomæ, dist. 44, q. 2, art. 2, q^{ta} 2, in solutione tertii argumenti, dicenti : « Corpus gloriosum transibit sphaeras colorum sine eorum divisione, non ex vi subtilitatis, sed ex divina virtute, que eis ad nutum in omnibus subveniet. » Hæc ille.

Ad sextum principale dicitur quod motiva Scotti ibidem pro conclusione recitata, probabilia sunt, et convenienter conclusionem declarant. Nec responsiones datae ad illa valent.

Responsio siquidem ad primum non valet. Primo : Quia, licet ex hoc quod corpus dicitur occupare locum, non semper causetur aliqua forma absolute in loco vel locato, tamen, ex hoc quod corpus incipit occupare locum, sequitur expulsio alterius corporis ab eodem loco, et aliquis motus localis, vel rarefactio, aut condensatio, naturaliter loquendo, qui est aliis effectus a distensione partium et commensuratione loci et locati. Et hunc effectum Deus potest suspendere, conservando præsentiam locati ad locum. Et sic duo corpora poterunt simul esse in eodem loco; quia secundum locatum ex suo adventu non expellet primum locatum ab eodem loco. — Secundo : Quia illa responsio aliud falsum assumit, scilicet quod idem sit formaliter et essentialiter occupare locum quod habere distensionem suarum partium infra locum. Hoc enim falsum est : quia occupare locum importat aliud quam distensionem partium in loco habere,

ut dictum est, scilicet expulsionem præcedentium dimensionum ab illo loco ex adventu sequentium, et incompatibilitatem aliarum dimensionum in eodem loco. Sed bene verum est quod idem est habere distensionem partium dimensionis in loco, et esse in loco localiter. Et licet ista duo naturaliter sint inseparabilia, scilicet esse in loco localiter et occupare locum, tamen quia sunt essentialiter distincta, Deus potest unum ab alio separare, et facere quod corpus sit localiter, et tamen non occupet locum, nec expellat per suam locationem passivam alterius corporis locationem passivam in eodem loco, sed coexistentiam et simultatem alterius in eodem loco patiatur.

Similiter responsio ad secundum non valet : quia fundatur in quodam falso, et statim negato, scilicet quod idem sit formaliter habere distensionem partium in loco et occupare locum. Hujus enim falsitas patet : quia occupatio et distensio dicuntur in ordine ad diversos terminos; distensio enim dicit habitudinem partium locati inter se, et in ordine ad locum; sed occupatio dicit habitudinem ad aliud corpus locabile in eodem loco, et incompatibilitatem unius cum alio respectu ejusdem loci; et sic sunt habitudines diverse, et prius natura est esse in loco quam occupare locum.

Similiter responsio ad tertium non (x) valet : quia imaginatur quoddam falsum, scilicet quod distinctio duorum corporum formaliter proveniat ex distinctione situs, aut positionis extrinsecæ, qui est ordo partium in loco, vel in aliqua extrinseca dimensione. Hoc enim falsum est : quia talis extrinseca positio nec per sui identitatem identificat locata, nec per sui diversitatem diversificat ea; sicut manifeste patet, cum idem corpus transeat de loco ad locum, et duo corpora in eodem loco sibi succedant. Sed bene verum est quod positio intrinseca, quæ est ordo partium in toto, per sui identitatem vel diversitatem identificat et diversificat corpora. Modo, posito quod duo corpora essent in eodem loco, adhuc positio unius illorum intrinseca essentialiter differret ab intrinseca positione alterius : quia ille duas habitudines essent in diversis subjectis; et, cum hoc, haberent diversa fundamenta, et diversos terminos, quia distinctæ partes distinctorum totorum. Ideo illa imaginatio vana est; et consequenter omnia fundata supra illam. Verumtamen conceditur quod sine divino miraculo una illarum positionum non potest esse sine alia, puta positio intrinseca sine positione extrinseca, et ad diversitatem intrinsecæ sequitur variatio positionis extrinsecæ. Et ad hunc sensum intelligenda sunt verba beati Thomæ, ubi loquitur de ista materia, utpula, primo *Quodlibeto*, art. 21, ubi sic dicit : « Distinctio secundum situm primo et per se con-

(a) ad quartum, scilicet. — Om. Pr.

(6) oporteat. — oportebat Pr.

(x) non. — Om. Pr.

venit quantitati dimensiva, quae diffinitur esse quantitas positionem habens. Unde et partes in subjecto, ex hoc ipso distinctionem habent secundum situm, quia sunt subjecte dimensioni. Et sicut est distributio diversarum partium corporis unius secundum diversas partes unius loci per dimensiones, ita propter dimensiones diversa corpora distinguuntur (2) secundum diversa loca. Duo enim corpora facit actualis divisio materiae corporalis; duas autem partes unius corporis divisibilitas potentialis. » — Hec ille. — Item, praesenti distinctione, q. 2, art. 2, q^{ta} 3, in solutione secundi argumenti, sic dicit: « Posito quod in eodem loco sint duo corpora per miraculum, non sequitur aliquid contra communes animi conceptiones, neque contra distinctionem linearum, neque contra conclusionem geometriae. Quantitas enim dimensiva in hoc differt ab omnibus aliis accidentibus, quia habet specialem rationem individuationis et distinctionis, scilicet ex situ partium, praeter rationem individuationis et distinctionis quae sibi et aliis accidentibus communis est, scilicet ex materia subjecta. Sie ergo una linea potest intelligi diversa ab alia, vel quia est in alio subjecto (qua consideratio non est nisi de linea naturali), vel quia distat situm ab alio (qua consideratio est de linea mathematica etiam, qua intellegitur praeter materiam). Si ergo remoyetur materia, non potest esse distinctio linearum nisi secundum diversum situm; et similiter nec punctorum, nec superficierum, aut quarumcumque dimensionum; et sic geometra non potest ponere quod una linea addatur alteri tanquam distincta ab ea, nisi sit diversa in situ ab ea. Sed, supposita distinctione subjecti, sine distinctione situs, et divino miraculo, intelligentur diverse linee que non distant situm, propter diversitatem subjecti; et similiter diverse puncta, etc. » — Hec ille. — Simile dicit in Scripto super Boetium, *de Trinitate* (q. 4, art. 3); et primo *Quodlibeto*, art. 22, in solutione secundi, ubi sic dicit: « Duas lineas rectas mathematicas infra duo puncta, est impossibile esse; quia in eis nulla alia ratio distinctionis potest intelligi nisi ex situ. Sed duas lineas naturales esse infra duo puncta, est impossibile quidem per naturam, sed possibile per miraculum; quia remanet alia ratio distinctionis in duabus lineis naturalibus ex diversitate subjectorum corporum, quae conservantur virtute divina, etiam remota diversitate situs. » — Hec ille.

Et haec sufficient ad dicta Durandi.

II. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra eandem conclusionem, dicitur quod, in casu quo per divinum miraculum duo corpora sunt in eodem loco, et conservantur a Deo in sua distinctione in eodem loco, manent principia essentialia

intrinseca distinctionis illorum corporum quoad suam entitatem: scilicet due materiae, duae formae substantiales, et duae dimensiones. Sed non manent quantum ad sufficientem virtutem causandi naturaliter distinctionem illorum corporum, licet habeant aliqualem virtutem distinctivam, cui superadditur virtutis divinae miraculum. Cujus ratio est: quia duae distinctae materiae, vel dimensiones, non sunt naturaliter naturae distinguere duo corpora, nisi prout sunt in diversis sitibus et locis; in tali autem casu deficit diversitas situs exterioris et loci; ideo non sufficiunt naturaliter ad causandum numeralem distinctionem corporum. Cum igitur non competit illis naturaliter talis modus essendi, consequenter non competit eis naturaliter talis modus causandi vel agendi sub tali modo. — Cum autem contra hoc objicitur, quod tunc non solus Deus conservat illam distinctionem, sed cum causis secundis, etc.; — dicitur quod, licet cause ille concurrant, tamen illae solae non sufficerent sub tali modo essendi, nisi specialiter Deo concurrente contra solitum cursum nature. Ideoque Deus solus dicitur hoc facere, quia principaliter et insolite hoc facit, et prestat dimensionibus talum modum essendi, et sub tali modo causandi distinctionem corporum; et ulterius, quia tollit a quantitate dimensiva suum solitum et naturalem effectum, quod nulla causa secunda facere potest, scilicet expellere (2) aliam dimensionem ab eodem situ.

De predictis sanctus Thomas, primo *Quodlibeto*, art. 21, sic dicit: « Philosophus dicit, in 4. *Physicorum* (t. c. 76), quod sicut subintrante cubo ligneo in aquam vel aerem (6), oportet quod cedat tantum de aqua vel aere; ita oportet quod cederent dimensiones separatae, si vacuum poneretur. Cum ergo gloria non tollat dimensiones (7) corporis, dico quod corpus gloriosum non potest naturaliter esse in eodem loco cum alio corpore, propter aliquam proprietatem inditam. » — Hec ille. — Item, articulo sequenti, sic dicit: « Duo corpora esse in eodem loco prohibentur propter dimensiones: quia materia corporalis secundum dimensiones dividitur; dimensiones etiam secundum situm distinguuntur. Deus autem, qui est omnium causa prima, potest conservare effectum in esse sine causis proximis. Unde, sicut conservat in sacramento Altaris accidentia sine subjecto, ita potest conservare distinctionem (8) materiae corporalis et dimensionum in ea absque diversitate situs. Miraculo ergo potest fieri quod duo corpora sint in eodem loco, etc. » — Hec ille. — Item, super Boetium, *de Trinitate* (q. 4, art. 3): « In his, inquit, quae apud nos sunt,

(2) expellere. — extendere Pr.

(6) vel aerem. — Om. Pr.

(7) dimensiones. — divisiones Pr.

(8) distinctionem. — distributionem Pr.

que omnes esse corpora confitentur, ad sensum videmus quod, adveniente uno corpore ad aliquem locum, aliud corpus ab illo expellitur. Unde experimento patet talia duo corpora in eodem loco esse non posse. — Quidam autem dicunt quod non prohibentur duo horum corpora ad hoc quod sint simul propter corporeitatem, vel propter aliquid quod sit de ratione corporis inquantum corpus; sic enim sequeretur omnia duo corpora prohiberi ab hoc quod est esse simul; sed dicunt quod prohibentur ab hoc propter corpulentiam ipsorum. Sed, quidquid sit illud quod corpulentiam nominant, sive densitas, sive impuritas vel corruptibilitas aliorum corporum, vel etiam aliqua natura specialis, nature generali corporeitatis superaddita, non potest esse causa hujus prohibitionis. Invenitur enim duplex comparatio corporum ad locum. Una secundum quam ponitur in illo vel in illo determinato loco; et haec comparatio sequitur naturam specialem hujus vel illius corporis; sicut quod gravia ex natura gravitatis sunt deorsum, levia autem sursum. Alia vero comparatio est, secundum quam dicitur esse simpliciter in loco; et haec comparatio sequitur corpus ex ipsa natura corporeitatis, non propter aliud additum. Secundum hoc enim corpus est in (2) loco; quod loco se committitur. Hoc autem est secundum quod est dimensionatum dimensionibus aequalibus (6) et similibus dimensionibus loci. Dimensiones autem insunt cuilibet corpori ex ipsa corporeitate. Esse autem plura corpora in eodem loco, vel non esse, non respicit locum determinate, sed locum absolute. Unde oportet quod causa hujus impedimenti referatur ad naturam corporeitatis, ex qua convenit omni corpori, in quantum est corpus, quod natum (7) sit esse in loco. Et si ultima sphaera non sit in loco, hoc non est nisi quia nihil potest esse extra ipsam, non autem propter defectum predictae aptitudinis. — Et ideo alii concedunt simpliciter quod nulla duo corpora possunt esse in eodem loco; et rationem hujus referunt ad principia mathematica, quae oportet salvari in omnibus naturalibus, ut dicitur, 3. *Cæli* (t. c. 6). Sed hoc non videtur conveniens: quia mathematica non contingit esse in loco nisi improprie et similitudinarie, ut dicitur, 1. *de Generatione* (t. c. 44); et ideo ratio predicti impedimenti non est sumenda ex principiis mathematicis, sed ex principiis naturalibus, quibus proprius locus debetur. Praeterea, rationes mathematicæ non sufficienter concludunt in materia ista. Etsi enim mathematica salventur in naturalibus, tamen naturalia addunt aliquid super mathematica, scilicet materiam sensibilem; et ex hoc addito potest assignari ratio aliquius in natura-

libus, cuius ratio in mathematicis non poterit assignari. In mathematicis enim non potest assignari ratio diversitatis harum duarum linearum, nisi propter situm. Unde, remota diversitate situs, non remaneat pluralitas linearum mathematicarum; et similiter nec superficierum, aut corporum. Et propter hoc non potest esse ut corpora mathematica sint plura, et sint simul; et (2) similiter de lineis et superficiebus. Sed in corporibus naturalibus posset assignari ab adversario alia ratio diversitatis, scilicet ex materia sensibili, etiam remota diversitate situs. Et ideo ratio illa que probat duo corpora mathematica non esse simul, non est sufficiens ad probandum duo corpora naturalia non esse simul. — Et ideo accipienda est via Avicenne, qua utitur in *Sufficientia* sua, in Tractatu de Loco (2), per quam (7) assignat causam prohibitionis predictæ ex ipsa natura corporeitatis per principia naturalia. Dicit enim quod non potest esse causa hujus prohibitionis, nisi illud cui primo et per se convenit esse in loco. Hoc est enim quod natum est replere locum. Formæ autem non convenit esse in loco, nisi per accidens; quamvis aliqua formæ sint principium quo corpus inclinatur ad hunc vel illum locum. Similiter nec materia per se considerata: quia sic intelligitur præter omnia alias genera, ut dicitur, 7. *Metaphysicæ* (t. c. 8). Unde oportet quod materia, secundum quod subest ei quod habet primam comparationem ad locum, hoc prohibeat. Comparatur autem ad locum sub dimensionibus. Et ideo ex natura materiae subjectæ dimensionibus prohibentur plura corpora esse in eodem loco. Oportet enim esse plura corpora, in quibus natura corporeitatis invenitur esse divisa; quae quidem non dividitur nisi divisione materie; cuius divisio, cum sit solum secundum dimensiones, respectu quarum est situs, impossibile est hanc materiam esse distinctam ab illa nisi quando est distincta secundum situm; quod non est quando duo corpora ponuntur in eodem loco; unde sequitur illa duo corpora esse unum corpus; quod est impossibile. Cum ergo materia dimensionibus subjecta inveniatur in quibuscumque corporibus, oportet qualibet duo corpora prohiberi ex ipsa natura corporeitatis ne sint in eodem loco. » — Haec ille. — Et subdit, in solutione primi argumenti: « Sicut duobus corporibus in eodem loco positis potest aliqua naturalis causa inveniri diversitatis, sic divina virtus potest ea, quamvis sint unita in situ, in sua distinctione conservare; et sic miraculose duo corpora esse in eodem loco fieri potest. » — Haec ille.

Ex quibus sequuntur sex. Primum est, quod naturalis effectus corporeitatis et corporis physici

(α) *in.* — Om. Pr.

(β) *aequalibus.* — *essentialibus* Pr.

(γ) *natum.* — *nullum* Pr.

(α) *et.* — Om. Pr.

(β) *de Loco.* — Om. Pr.

(γ) *quam.* — *quem* Pr.

est expellere aliud corpus de suo proprio loco, ex suo adventu ad locum illum. Secundum est, quod distinctio corporum physicorum causatur ex distinctione dimensionum, vel ex distinctione materiae per dimensiones (α) distinctae. Tertium est, quod naturaliter distinctio dimensionum (ϵ) simul causat distinctionem corporum, et distributionem eorum per diversa loca et situs exteriore. Quartum est, quod divina virtute dimensiones (γ) possunt suspendi a secundo effectu, licet non suspendantur a primo. Quintum est, quod, in casu nostro, dimensiones (δ) distinguunt duo corpora formaliter, non tanquam causa sufficiens, aut principalis, aut modo naturali; sed principalis causa efficiens distinctiva, non quidem formalis, nec materialis, sed supplens insufficienciam principiorum formalium et materialium, et conferens eis novum modum essendi et causandi, est divina virtus. Sextum est, quod Deus potest conservare effectum secundarium cause formalis, quando causa proxima formalis non sufficit ad ejus conservationem, licet non posset conservare primatum ejus effectum, sine sufficientia cause formalis: ut patet in proposito, de duplo effectu dimensionum, quorum quilibet potest dici formalis, licet secundus non ita proprie sit formalis sicut primus, sed possit dici effectus quasi causæ efficientis.

Ad secundum dicitur quod situs qui est differentia quantitatis, vel illam circumloquitur, est formale et esse entiale distinctivum quantitatis dimensionæ; nec per quicunque potentiam partes (ϵ) unius quantitatis possunt ab invicem distingui sine diversitate talis situs, nec una quantitas ab alia. Sed situs qui nominal speciale predicamentum, non est formale principium distinctivum quantitatum; sed consequitur formale principium distinctivum, sicut effectus causam; a qua tamen non potest naturaliter separari; sicut in simili dicit Boetius de loco. Unde sanctus Thomas, super Boetium, *de Trinitate*, in questione qua querit, Utrum loci varietas aliquid faciat ad diversitatem secundum numerum (ζ), sic dicit: « Diversitas secundum numerum causatur ex divisione materiae sub dimensionibus existentis. Ipsa etiam materia, secundum quod sub dimensionibus existit, prohibet duo corpora esse in eodem loco, in quantum oportet duorum corporum distinctas esse materias secundum situm. Et si patet quod ex eodem causatur (γ) diversitas secundum numerum, ex quo causatur diversitas locorum in diversis corporibus. Et ideo ipsa diversitas locorum in se considerata, est signum

diversitatis secundum numerum, sicut est de aliis accidentibus, praeter dimensiones (α) primas interminatas. Sed si diversitas loci consideretur secundum causam suam, sic planum est quod diversitas loci est causa diversitatis secundum numerum. Et ideo Boetius ait quod varietas accidentium facit diversitatem secundum numerum. Quia, omnibus aliis remotis, in locorum diversitate hoc inevitabiliter verificari constituit: quia scilicet nullum aliud accidentium que exterius apparent in re completa, est ita propinquum ad causam diversitatis secundum numerum sicut diversitas locorum. » — Haec ille. — Et sicut ipse dicit de loco, dicendum est de situ qui est ordo partium in loco. Talis enim situs non est formale distinctivum quantitatis, nisi quantum ad suam causam, que est situs que est differentia quantitatis. Ex illo enim situ intrinseco causatur situs exterior. Et ideo non omnino accidentaliter aut casualiter se habet ad distinctionem quantitatuum: nam ejus unitas, vel distinctio, est naturale signum unitatis vel distinctionis quantitatis, ratione praedicta. Potest tamen solus Deus conservare distinctos situs interiores, et distinctas quantitates, sine distinctione situs exterioris, vel loci; quia potest suspendere causam a suo effectu, ut dictum fuit. Et ideo simultas situs exterioris cum pluralitate interioris, miraculosa est; quia situs interior non est natus distinguere quantitates ad invicem, nisi simul distinguat eas secundum situm exteriorem. De hoc sanctus Thomas, primo *Quodlibeto*, art. 21, sic dicit: « Sicut est distinctio (ϵ) diversarum partium unius corporis secundum diversas partes unius loci per dimensiones (γ), ita propter dimensiones (δ) diversa corpora distinguuntur secundum diversa loca, » etc., ut prius allegatum est in responsionibus ad Durandum.

Ad tertium patet solutio per praedicta. Concludit enim quod situs exterior non est causa effectiva nec formalis distinctionis, si secundum se accipiat. Sed, si accipiatur secundum primam causam suam et radicem, sic distinguit quantitates.

Ad quartum dicitur quod diversa ubi existentia in diversis corporibus subjective, respectu ejusdem termini, scilicet loci, naturaliter repugnant, et incompossibilitatem habent, ratione incompossibilitatis suarum causarum, quarum una aliam excludit, scilicet dimensionem. Et cum dicit arguens, quod duo respectus extrinsecus advenientes sunt compossibilis respectu unius termini, etc.; — dicitur quod hoc est verum quando neuter illorum totaliter adaequat terminum, ut patet in exemplis per eum adductis. Secus est quando alter illorum adae-

(α) *dimensiones*. — *divisiones* Pr.

(β) *dimensionum*. — *divisionum* Pr.

(γ) *dimensiones*. — *divisiones* Pr.

(δ) *dimensiones*. — *divisiones* Pr.

(ϵ) *partes*. — *partis* Pr.

(ζ) q. 4, art. 4.

(η) *causatur*. — *casu* Pr.

(α) *accidentibus, praeter dimensiones*. — *actibus, præter divisiones* Pr.

(β) *distinctio*. — *distributio* Pr.

(γ) *dimensiones*. — *divisiones* Pr.

(δ) *dimensiones*. — *divisiones* Pr.

quat et comprehendit suum terminum, sicut est in proposito; quia corpus locatum naturaliter adaequat suum proprium locum, et econtra; et ideo naturaliter impossibile est duo corpora simul esse in eodem loco, vel duo *ubi* esse simul respectu ejusdem termini, scilicet loci. — Illud autem quod dicit de incompossibilitate quanti ad quantum existendi in eodem loco, etc., — conceditur similitudo, ut patet multipliciter per predicta: quia in tali miraculo quantitas dimensiva (z) privatur suo proprio effectu, qui est excludere aliam dimensionem (6), et, cum hoc, novum modum causandi distinctionem quanti a quanto, scilicet sine distinctione situs exterioris.

III. Ad argumenta aliorum. — Ad argumenta ultimo inducta contra conclusionem, patet responsio per predicta. Unde ad **primum**, quod sumitur ex dictis Boetii, *de Trinitate*, satis ostensum est quomodo unitas vel varietas locorum se habeat ad unitatem vel distinctionem corporum.

Ad secundum dicitur quod incompossibilitas duorum corporum ad simul existendum in eodem loco, non est effectus formalis quantitatis, sed effectus quasi cause efficientis; vel, si sit effectus formalis, non tamen primarius, sed secundarius, ut dictum est. Tales autem effectus potest Deus suspendere a suis causis, vel tales causas a talibus effectibus, cum possit suspendere albedinem ab actu albandi subjectum suum principale, ut patet in Eucharistia, quod est magis.

Ad confirmationem, negatur similitudo ibidem posita. Quia alterius modi est repugnantia duorum corporum ad simul existendum in eodem loco, et duorum contrariorum ad simul informandum idem subjectum; quia prima est quasi durarum causarum efficientium, secunda est quasi durarum causarum formalium. Deus autem potest suspendere effectum cause efficientis, non autem cause formalis, potissimum effectum primarium, et mere formalem, quem causat in proprio subjecto; quod non est in proposito.

Ad tertium respondetur sicut ad secundum: quia duo corpora esse in eodem loco, non est repugnancia mere formalis, sed cause efficientis.

Ad quartum dicitur quod dug indivisibilia in continuo non possunt esse immediata, ut habetur, 6. *Physicorum* (t. c. 4); possunt tamen esse simul, sicut patet, 4. *Physicorum* (t. c. 42), de superficie locantis et locati. Et ulterius, similitudo illa non est ad propositum; quia indivisibilia non sunt proprie in loco, sicut sunt corpora.

Ad quintum respondet beatus Thomas, dist. 44, q. 2, art. 2, q^{ta} 3, in solutione secundi, ubi sic dicit: « Supposita distinctione subjecti sine distinctione situs, ex (7) divino miraculo, intelligentur

diversæ lineæ, que non distant situ, propter diversitatem subjecti; et similiter diversa puncta. Et sic due lineæ designatae in duobus corporibus quæ sunt in eodem loco, trahuntur a diversis punctis ad diversa puncta, ut non accipiamus punctum signatum in loco, sed in ipso corpore locato, quia linea non trahiatur nisi a puncto quod est terminus ejus, etc. » — Hac ille.

Ad argumentum pro quæstione (z), respondet sanctus Thomas (*4. Sentent.*, dist. 44, q. 2, art. 2, q^{ta} 2, ad 4^{um}), dicens quod « corpus Christi non habuit ex dote subtilitatis quod possit esse cum alio corpore in eodem loco; sed hoc factum est virtute divinitatis post resurrectionem, sicut in nativitate. Unde Gregorius, in homilia (26 in *Evang.*), dicit quod *illud corpus Domini intravit ad discipulos januis clausis, quod ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exito utero Virginis*. Unde non oportet quod ratione subtilitatis hoc conveniat corporibus gloriiosis ». — Hac ille.

Et haec de quæstione sufficient. De qua benedictus Deus. Amen.

QUESTIO IV.

UTRUM ANIMA SEPARATA POSSIT PATI AB IGNE CORPOREO

SECUNDUS, circa distinctionem quadragesimam quartam, queritur: Utrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

Et arguitur quod non. Quia omne quod patitur, recipit aliquid ab agente. Si ergo anima patiatur ab igne corporeo, oportet quod aliquid ab eo recipiat. Sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Ergo quod recipitur ab igne in anima, non est in ea (6) materialiter, sed spiritualiter. Sed forme rerum in anima spiritualiter existentes, sunt perfectiones illius. Ergo, si ponatur quod anima patiatur ab igne corporeo, hoc non erit in ejus penam, sed magis in ejus perfectionem.

In oppositum arguitur. Quia eadem ratio est de animabus separatis et de omnibus quod ab igne pati possint. Sed omnes ab igne corporeo patiuntur, cum puniantur ab illo igne a quo corpora damnatorum post resurrectionem patientur, quem oportet esse corporeum. Ergo animæ separatae ab igne corporeo pati possunt.

(a) *dimensiva*, — *divina Pr.*

(b) *dimensionem*, — *divisionem Pr.*

(c) *ex*, — *et Pr.*

(d) *questione*, — *conclusione Pr.*

(e) *ea*, — *eo Pr.*